Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

205 DA Box

No. 347.




=LN 306
ex. 2

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# HISTORIA ECCLESIASTICA
CONTINENS
# RELIGIONIS PRO-
PAGATÆ GESTA, QVÆ A TEMPO-
*ribus Caroli Magni, vſq; ad Imp. Henricum IIII, acciderunt in Eccleſia, non tam Bremenſi, quàm vicina Septentrionali ferme vniuerſa; ſcripta ante Annos quingentos, à M. Adamo quodam, loci iſtius Cano-nico.*

*Nunc recèns mendis vindicata, & è tenebris in lucem vocata,*
ſtudio & opera

ANDREAE SEVERINI
VELLEI.

HAFNIAE

M. D. LXXIX.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Quod Rex de Regum Friderice es ſanguine cretus,*
*Laus ea ſumma tua eſt, non tua ſola tamen:*
*Sunt etenim Reges alii, & de Regibus orti,*
*Imperio, cenſu, ſtemmate, ſorte pares:*
*Sed tu Eccleſiolæ CHRISTI nutritor & hoſpes,*
*Quod pius & Rex es, ſolus es hoc hodie.*

*A. S. V.*

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# ILLVSTRISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, D. FRIDERICO II. DANIAE, NORVAGIAE, GOTTHORVM, SLAVORVMQVE REGI: *Duci Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ & Dythmarſiæ: Comiti in Oldenborg & Delmenhorſt. Domino ſuo clementiſſimo.*

*OBtinuit noſtri æui conſuetudo, ſereniſſime Rex, Domine clementiſſime, vt qui hodie Hiſtoriarum monimenta in lucem proferant, illorum omnis conſumetur oratio, aut in ſcriptorum huius generis vſu atq; fructu percenſendo, aut in cumulandis eorum laudibus, ad quos ſuas lucubrationes afferunt. Quorum conſilium, vt minimè improbare poſſum, ita hoc loco mihi parcius imitandum eſſe cenſeo. Patet enim non obſcuris indiciis, Sereniſſimam Tuam Regiam Maieſtatem, non tantùm præclarè ſentire de Hiſtoriis, eſſe ſcilicet earum lectionem, omnium ordinum hominibus, magnopere neceſſariam; verum etiam quod ſapienter ſentit, exequi*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

pariter hoc & facere induſtriè. Ita vt poſt ſtatas ſeu ordinarias aliquot ſacrorum Bibliorum repetitiones, iam ſponte mirum quoddam cognoſcendi Hiſtorias nationum diuerſarum adiungat ſtudium & deſiderium. At Regiarum T. M virtutum ea eſt ratio, quod & illæ, omne, etiam diſertiſsimi cuiuſuis, longè exuperent præconium, & S. T. R. M. moleſta eſſe poſsit atq; ſuſpecta, ea, quæ aut coràm, aut hoc obſcuro ferme loco inſtituatur de his Commemoratio.

Cohortari itaq; potius eſt, S. T. R. M. hiſce tam fauſtis auſpiciis, ad propoſitam æternæ laudis metam, plenis quaſi velis properantem, vt in eo quod cœpit, perſtet & pergat conſtanter, quò prætioſiſsimum Pietatis & Virtutis theſaurum, nullo vnquam rerum euentu aut ſcandalo, ſibi patietur eripi. Ad quam rem, præter alia multa, inflammare poteſt & debet, generoſiſsimum R. M. T. animum, illud potiſsimùm, quod habet ea, præter iſta cum vulgo principum dona communia, duo maximè ſibi diuinitus peculiariter conceſſa, quibus præ omnibus totius orbis terrarum Regibus & Monarchis, piè poſsit gloriari & meritò.

Horum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Horum prius eſt, quod S. T. R. M, ea, hoc eſt, paterna prorſus cura Clementiæ pariter & Iuſtitiæ, ſingulorum ordinum ſui Regni ſubditos, ita ſibi retineat penitus addictos, vt nemo omnium ſit, cui in rebus adprime dubiis, addubitet vitæ, ſi ita res poſtulet, incolumitatem et ſalutem concredere. Vſq; adeo, inquam, vt nemo omnium ſit, cui vrgente neceſſitate, ſi mare altiſſimum R. T. M. nauiget, clauum committere diffidat; nemo omnium ſit, quo, ſi profundiſſima Saltuum deuia penetranda veniant, Duce vti, hæſitet; nemo, inquam, omnium ſit, in cuius gremium, ſi quiete perfrui velit, caput ſecurè reclinare non auſit.

Poſterius ſed & diuinius magis, illud eſt, quod acceptam à ſanctiſſimæ memoriæ parente, Religionem DEI veram, ita puram putam atq; vniformem R. M. T. in Regnis ſuis circiter 300 milliaria Germanica patentibus, conſeruet, vt in ea publicè colenda atq; exercenda, ipſa T. R. M. emineat inter omnes prima; & hanc ipſam docentes atq; diſcentes, ita ſanctè & ſeuerè contineat in officio, vt, repulſis Nouationum autoribus in vniuer-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*ſum omnibus, ſit piorum, in Scholis & Eccleſiis, mens et lingua vna atq; eadem omnium.*

*Hoc tantum eſt, in his duobus, quæ dixi, ſitum, ſoli S. T. R. M. præ omnibus orbis vniuerſi Regibus, hodie cœlitus tributum decus et ornamentum, prætii inæſtimabilis; ad quod obſtupeſcere totum Mundum, ringi etiam Principem huius ſæculi atq; ipſius membra, ſtatuat extra controuerſiam. Quapropter tantò maiori contentione & ſolicitudine Animi incumbendum eſt T. R. M, vt ſartum tectùm hoc ſummum & re ipſa diuinum bonum cuſtodiat et poßideat. Quid fiet, ſi à quo, hoc eſt conceſſum beneficium, huic eidem porro ſe ſubmiſsè R. T. M. piis indeſinenter commendet præcibus; & identidem cum Dauide ingeminet illud: Confirma hoc O DEVS, quod operatus es nobis. Et, Bonitas & Miſericordia proſequentur me omnibus diebus vitæ meæ, & habitabo in domo Domini, in longitudinem dierum. Pſal. 23. & 68.*

*Adiuuabitur præterea non mediocriter, in hoc tam florente atq; fœlici gubernationis curſu, S. T. R. M. honeſtißimo lectionis Hiſtoriarum*

*præſidio.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

præſidio. De quarum immenſo vſu atq; fructu, meminiſſe velit, eius, quod eſt à Liuio pronuntiatum grauiſsimè. Ad illa, inquit, mihi pro ſe quiſq; acriter intendat Animum, quæ vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibuſq; artibus, domi militiæq;, & partum et auctum imperium ſit. Labente deinde paulatim diſciplina, velut diſsidentes primo mores ſequatur animo. Deinde vt magis magiſq; lapſi ſint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt. Hoc illud eſt præcipuè in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta, in illuſtri poſita monumento intueri, inde tibi, tuæq; Reipub. quod imitere capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.

Porro quum non tam incrementa & ruinæ Imperiorum, quàm Religionis, vt multò huius etiam magis habenda ſit ratio piis Principibus, inueſtiget atq; notet R. T. M. in Hiſtoriis, quem illæ, ſtatum Eccleſiæ, omnib. & ſingulis exprimant temporibus. Hoc agens atq; huc Animum accurata attentione

aduer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

aduertens, prò, in quàm ineffabilem atq; incredibilem rerum maximarum admirationem ille abripietur neceſſe eſt. Et hi ſunt verè odori atq; unicè ſalutares flores Hiſtoriarum, decerpere atq; colligere ex omni Hiſtoria memorabilia exempla, de mirabili Eccleſiæ Dei in his terris propagatione et conſeruatione perpetua. Quid enim fingi poteſt optatius aut optari vtilius, quàm Hiſtoriarum vehiculo, vniuerſum orbem terrarum peruagari, atq; intueri, qua ratione, ſtudio & induſtria ſanctorum Martyrum atq; pientiſſimorum Regum et Principum, euerſis & deletis, apud ſingulas gentes, idolis, vera Chriſti relligio non tantùm ſubſtituta, ſed & porro etiam aſtu Diaboli et Epiſcoporum Superbia ac Auaritia ſubciſiuè labefactata ſit. Quid in diiudicandis hodie certaminibus Eccleſiæ, quid in conſtituenda deniq; ſeu potius reſtituenda huius diſciplina accommodatius, quàm ex priſci æui monimentis viciſſim inter ſe conferre, moderna veteribus, antiqua recentioribus?

Huius itaq; rei, quum exemplorum copiam præbeat ſatis vberem, præſens hæc noſtra Hiſtoria Eccleſiaſtica, parui tantò audacius, iis, qui me

eam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

eam S.T.R.M. offerre voluerunt atq; perſuaſe-
runt. Vtrumq; enim illa præſtat, mutationes tam
Religionis, quàm Imperiorum, quæ à temporibus
Caroli Magni, Annis pluſquam trecentis, paßim
in his Septentrionis Regnis contigerunt, ita arctè &
luculentè ponit ob oculos, vt pariter & breuitatem
in ea non obſcuram, et copiam admirari liceat mi-
nimè faſtidioſam. Meminit autem non tantùm re-
rum Saxonicarum ſeu Nordalbingiacarum, ſed
vicinarum etiam nationum ferme omnium. Nam,
vt alias præteream, ita frequens eſt Regum Da-
niæ & populorum huius, apud hunc M. Adamum,
mentio; vt ferè nullum ſit caput in toto opere, quo
horum præclarè geſta inculcare eum piguerit. Quo
fit, vt adducar credere, hac ipſa de cauſſa, hunc Au-
torem innocenter, immo cum maxima iniuria, ha-
ctenus ſuppreſſum, ab iis, qui minus fauerint nomi-
ni Nordmannico. Neq; enim certè, qui ſuas Hi-
ſtorias hinc tranſſcripſerunt, ea id fide præſtiterunt,
qua ante ipſos hic idem rettulit. Sed premant ipſi,
& præ mera Inuidia ſilentio etiam prætereant, ea,
quæ exotici ſcriptores abundè in laudem gentis no-

 ſtræ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*ſtræ reliquerunt, reddant tantùm interea nobis, huius generis alia multa; reddant, inquam, iſti plagiarii, quæ populabundi per vniuerſas Daniæ Bibliothecas peruagati, iam ſemel atq; iterum conuaſarunt, atq; Regno nefariè exportarunt. Quod ſi aſſeuerare perſeuerent, gnaris rerum ſcriptoribus domeſticis, perpetuò nos fuiſſe deſtitutos, audiant ſaltem hic loquentem Regem, Regem dico, non tantùm fortiter & magnificè geſtis, ſed & inſigni Eruditione et omnis Antiquitatis cognitione illuſtriſſimum. Fateri enim non erubet hic Autor, à Suenone Eſtritio Rege Daniæ potentiſſimo, ſe didiciſſe, accepiſſe atq; hauſiſſe penè totum, quidquid de maximi momenti rebus, hoc eſt, conuerſione Barbarorum, & Regum in his terris ſerie atq; ſucceſſione continua, in medio ſcriptum reliquit.*

*His de cauſſis, ſereniſſime Rex, Domine clementiſſime, quum hic Autor, ad manus meas perueniſſet, committere non potui, quin qui priuatus hactenus delituit apud pauciſſimos, fieret beneficio Typographiæ, per me publicus & familiaris apud plurimos. Atq; vt tutiori, me meoſq; in hoc exant-*

*latos*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

latos labores, munirem præſidio, ſub S. T. R. M. nomine illuſtriſsimo, eum profero; rogans omni, qua poſſum ſubmiſsione animi ſumma, velit S.T.R.M. hoc Leuidenſe, à me homine interno, ea accipere frontis benignitate, qua ne externorum quidem vnquam ſuſcipere grauari viſa eſt. Oro Deum, patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt Sereniſsimam Tuam Regiam Maieſtatem, vnà cum illuſtriſsima M. T. Regina, atq; adeo vniuerſa, optimæ ſpei, ſobole Regia, quamdiutiſsime conſeruet florentem ac incolumem, in nominis ſui gloriam perpetuam, AMEN. Hafniæ pridie Id: Martii, Anni 1579.

S. T. R. M.

ſubmiſſè addictus

Andreas Velleius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## LECTORI ÆQVO ET BENEVOLO, Salutem in Filio Dei.

NOn dubito, quin multi, qui in hunc Annalium Autorem inciderint, Quis ille fuerit, & cur à me editus ſit, inquirant ſolicitè; præſertim quum & ipſe non ita politus, ſed pene obſcurus, & opus ipſum Hierarchiam videatur ſtabilire Pontificiam. Quocirca ne habeas, benigne Lector, quod in vtrolibet meritò deſiderare poſsis, de Autore huius ſcripti primùm, póſt etiam de conſilio editionis quædam afferam in medium, breuitate, qua poſſum maxima.

Ad Autorem quod attinet, nomen certè ipſius in omnibus iſtis exemplaribus, quæ ad meas manus peruenerunt ſuppreſſum extitit, niſi quod initio Epiſtolæ nuncupatoriæ, huius vice, A maiuſculum poſitum animaduertimus. Qua ratione ductus, M. Barptolomæus Cypræus Sleſuicenſis, reputauit voculam ſequentem (minimus) litteræ iſti capitali agglutinandam, atq; ita legendum Annonius, quemadmodum in ſuo exemplari exaratum poſt ſe reliquit. Exiſtimauit fortè, Autorem huius Hiſtoriæ, eundem fuiſſe, ſub cuius nomine, editi ſunt Annales Francici, ante Annos non ita multos, qui & iam recèns recuſi, emendatiori & titulo Aimoini, & vniuerſa operis forma, prodierunt ex Officina Andreæ Vecheli, viri induſtrij, & de de repub. litteraria, inter Typographos noſtri æui primos, meriti optimè. Sed falſum ſua opinione Cypræum, virum alioquin bonum & litteratum,



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

inde apparet, quod Aimoinus ante hunc noſtrum Autorem floruerit Annis pluſquam ducentis. Non enim diffitetur ipſe Aimoinus ſe magnam ſuæ Hiſtoriæ partem accepiſſe ex relatu Adhemari, quem ipſi Carolo Magno à ſacris fuiſſe exiſtimant. Et, vt hoc etiam addam, tranſtulit Aimoinus in Hiſtoriæ ſuæ librum quartum, vniuerſum Autemari ſcriptum, quod alioquin ſeorſim editum, publicè proſtat, titulo Annalium Regum Francorum. Neq; certè credibile eſt, Autorem huius operis, ſilentio præteriturum fuiſſe iſtud opus, ſi ab ipſo tale aliquod conditum fuiſſet, quin id, aut in hoc, aut in iſto feciſſet palàm.

Crantzius, qui ſibi non minimum ſuarum Hiſtoriarum complementum, hinc, nuda tranſcriptione vindicauit, eum tantùm Annalium ſcriptorem nuncupat, nec quidquam addit amplius; additurus, ni fallor, ſi quid vſpiam de nomine ipſius comperiſſet certi, niſi planè, aut Ambitione, aut Inuidia, eum laboraſſe ſuſpicari liceat.

Itaq; quum & ego rem in triuio, quod aiunt, relinquendam cenſuiſſem, ſuccurrit fortè mihi, quod legiſſe me memini, ab Helmoldo citatum quendam M. Adamum, quem Pontificum Eccleſiæ Hamburgenſis geſta conſcripſiſſe aſſerit. Dum ergo denuo locum diligèntius reuoluo, atq; cum hac noſtra Hiſtoria confero; deprehendo ex ipſa vtriuſque collatione, præter hunc ipſum M. Adamum, vix poſſe Autorem huius ſcripti haberi quenquam alium. Quod enim Helmoldus cap. 14, teſte M. Adamo, commemorat de Slauonia



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*in duodeuiginti pagos diſpertita, atq; præter tres, omnes ad fidem Chriſti conuerſos, id ex relatione Suenonis Eſtritij Regis Daniæ, in hoc ipſo opere, ad eundem planè modum refertur lib. 2. cap. 17.*

*Secuti ergo Helmoldum, nomen Autoris illud in fronte expreßimus libri, atq; tantiſper in hac permanendum decreuimus ſententia, vſq; dum erit, qui aut certiori inuento, aut coniectura magis probabili, noſtram hanc oblitteret. Fatetur autem de ſe ipſo Autor infrà lib. 3. veniſſe ſe Bremam Anno Adalberti 24, qui fuit à nato Chriſto 1067, atq; tum aſcitum ſe in Collegium Canonicorum Eccleſiæ Bremenſis, poſtea in gratiam Liemari ſucceſſoris Adalberti, hoſce concinnaſſe Annalium faſces. Et floruiſſe certè illum apparet hiſce temporibus, quibus in Dania rerum potiebatur* SVENO ESTRITIVS, *quum tam crebrò eius faciat mentionem honorificam. Illum enim adijſſe ſe fatetur, vt de ijs, de quibus ſcriptionem inſtituerat, redderetur ab eo certior. Nec exiguam huic laudem Eruditionis pariter & Humanitatis tribuit, ſed & excelluiſſe ipſum aſſerit cognitione imprimis Antiquitatis haud vulgari, cuius ſingulas res geſtas memoria retinuerit fideli: & huic ipſi quærenti eas narratione expoſuerit luculenta & expedita. Neq; erubet confiteri ſe Regis Suenonis fidem atq; ductum ſecutum eſſe, in propemodum ſingulis, quæ de mutationibus aut Religionis aut Imperiorum publicis commemorat.*

*Hæc*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Hac igitur ætate quum degeret M. Adamus, ſtylo vtitur, qualem ea ferebant tempora potiſsimum. Et nefas duxi, in ipſius oratione, maximè quo ad nomina propria, quidquam immutare, vt eſſet penes varium Lectoris palatum, ſuum cuiq; ex Orthographia coniectandi in Etymologijs liberum iudicium. In verſibus tantùm, quos colophonis adiecit loco, mutila quædam ſuppleui, & luxata repoſui in locum genuinum, eò quod carminum ratio, vt conſtarent illa, eam neceſſariò efflagitarent operam.*

*Admirari etiam hîc ſatis non poſſumus, ſedulum & confidens Autoris ſtudium, non tam in inquirenda, quàm prodenda & patefacienda veritate Hiſtoriæ. Cuius rei præbuit Argumentum magnum in Adalberto Archiepiſcopo, quem ita graphicè ſuis depingit coloribus, vt nullam rem veritus, quid in ipſo laude dignum, quid fœdum incœptu, fœdumq; exitu extiterit, non conticuerit. Quod ſi hodie Hiſtoricorum vulgus, nullibi gentium eſſet corruptius, plus ſyncerioris fidei Hiſtoriarum, atq; minus quod quæri poſſemus & dubitare, haberemus extra controuerſiam.*

*Lectionis præterea hunc Autorem fuiſſe variæ, elucet ex frequenter citatis, & quaſi Hiſtoriæ paſsim inſperſis ſententijs, quas nunc ex hortis Paradiſi cæleſtis, nunc ex odorifero vertice Heliconis congeſtas affert admodum opportunè. Ita vt in hoc, illum ſtudioſè incubuiſſe facilè appareat, quò ſibi amicè deuinctum haberet Lectorem, quem propter compoſitionis varietatem & elegantiam, ipſius poſ-*

ſet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſet tædere difficile. Commemorat enim, non tantùm quid
in Prouintijs Nordalbingiacis geſtum ſit, ſed in vicinis eti-
am locis pene vniuerſis. Nam & quibus occaſionibus pri-
mùm cœperit, quoq; euentu & ſucceſſu vera Chriſti Religio
propagata ſit, tum in Saxonia ac contermina Slauia, tum ip-
ſa tota Nordmannia, ſerie quadam certa & vero conſenta-
nea exponit, ita vt ne à potentiſsimorum quidem Regum
Daniæ præclarè geſtis referendis, abſtinere piguerit.

His ego de cauſsis, primùm de eius editione, cogitatio-
nem ſuſcipere coactus ſum, vt qui, aut iniuria temporum,
aut inuidia paucorum, tam fœdè atq; inique delituit abiectus,
deterſo quaſi carceris ſquallore, veniret in manus omnium
nitidior. Exemplar primum, quod in membrana exaratum
habuimus, in Bibliotheca Cœnobij Sorenſis repertum, protu-
lit eius loci Ephorus Regius, vir inſigniter eruditus & hu-
manus M. Iuarus Bartholinus. Is poſt alios, quum id M.
Iacobo Matthiæ, græcarum litterarum in inclyta Academia
noſtra Profeſſori fideliſsimo, & mihi quoq; poſtea illud pe-
tenti, exarandum coneeſsiſſet, ego illud viciſsim cum genero-
ſo & imprimis docto viro, ſereniſsimo Domino Regi à ſe-
cretis, Haraldo Huitfeld communicaui. Hic, vt eſt anti-
quitatum patriæ noſtræ heluo atq; inueſtigator indefeſſus,
conſilium de editione, ſuo ſtatim approbauit calculo, atq;
identidem poſtea vt editionem maturarem, me amicè vr-
ſit & incitauit. Quocirca depoſitum è manibus opus, de-
nuo poſt biennium reſumſi, atq; addita lima reuidi & ca-

ſtigaui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſtigaui accuratius. Deinde captata occaſione commoda, illud viro clariſsimo, Domino Cancellario Regio, Dn: Nicolao Kaas euoluendum obtuli. Is pro ſua (quæ in ipſo eſt maxima) ingenij dexteritate & acrimonia, eueſtigio vniuerſum ſcriptum percurrens, eſſe in hoc, multa lectu & cognitu non indigna prædicabat, & poſſe etiam vulgari cenſebat, modò in locis quibuſdam obſcuris, & parum fortè conſideratè ab Autore ad libellam cenſuræ ſeuerioris expenſis, admoneretur Lector ſententiæ planioris & veritati magis congruæ. Id ego quum me facturum recepiſſem, atq; tandem etiam pro otij mei ratione perfeciſſem, in hunc res vniuerſa, quem vides, finem atq; exitum deducta eſt.

Prodeunt igitur nunc hi Annalss, fœtus poſthumi, duplici ſcholiorum, tanquam veſtis genere, contecti atq; ornatiores inſtructi. Horum prius autographo iſti Sorenſi, vt in marginibus aſcriptum deprehendi, ita ipſi Hiſtoriæ corpori quaſi vnà conferruminatum, exhibeo. Antiquitatem ſanè & eruditionem aliquam hoc redolet. Admonet enim rerum abſtruſarum, & non ita paſsim alioquin vulgarium, idq; ea ciuilitate, vt neq; nauſeam pariente proxilitate, neq; curioſitate Lectorem oneret futili. Reliquæ ad calcem capitulorum rarius adiectæ notationes, non ita ſærio vbiq; ſtudio à me elaboratæ ſunt. Interdum enim vbi conſiderationem res neceſſariò poſtulare viſa eſt, ea quæ variæ lectionis beneficio habui, protuli candidè. Interdum etiam quidquid ex recenti Hiſtoriarum tractatione animo inhærebat, id pro vt



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

commodiſsimè adijci poſſe videbatur, inſerui confidentius. Ita vt ingenuè fatear, non deeſſe æmulis cauillandi copiam, qui nimiæ vel prodigalitatis vel parſimoniæ me arguere, ſi improbè velint, valeant. Verum hoc quidquid eſt, id ferme ſuſq; deq; fero, quum maiorem aduerſariam conſtitutam mihi video, vt his ſatis faciam, qui me hoc ſuſcepto opere, actum (quod aiunt) agere; immo & Hierarchiam me ſtabilire Pontificiam clamitent.

His ego primùm reſpondeo, ac concedo equidem eſſe elegantius ab alijs hæc eadem poſterioribus ſæculis tradita, quæ ab hoc Autore noſtro narrata ſunt; verum propterea nullo modo committendum cenſeo, vt penitus hic aut ſupprimetur, aut condemnatus ad coſſos ac tineas ablegetur. Ab hac tam crudeli & capitali ſententia, aſſerat eum, tum reuerendum, quod præ ſe fert, ſenium; tum ipſius etiam candor & fida exantlati laboris induſtria. Quis enim vſq; adeo furioſus & amens, qui in hoc tàm pudica & decora reſperſum canitie caput, vngues armare præſumat violentos & ſacrilegos? Quis tanta animi feritate & impotentia, qui parcere non velit, ei, cui ipſa ſæcula, ipſa arma, toties flammæ, toties fatalia excidia peperciſſe, atq; præ verecundia manus (vt ita loquar) nefarias abſtinuiſſe cognita ſunt? Habet Antiquitas, eam natura ſibi ingeneratam Maieſtatem quaſi & Dignitatem, vt coram grauiter & cordatè ſentientium Tribunali, cedere huic cogatur Noui-

tas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

tas, quæ vt minus conſtans & moderata, ita etiam graſſantibus ſui æui vitijs tanquam infecta, non immeritò bonis & Prudentibus habeatur ſuſpecta omnibus. Quo etiam fit vt res quaſq; prætioſiſſimas, quò propius ſingulæ ad naſcentis mundi accedant primordia, eò genuino Bonitatis & Syncer̃itatis fonti credantur agnatiores.

Taceo nunc raritatem Hiſtoricorum eius æui, quo floruiſſe hic M. Adamus cognoſcitur, vſq; adeo, vt ſi hic glaciem non fregiſſet, recentiores, quo ſe venditaſſent, non habuiſſent ita promtè. Nam vt maximè aliquid, quouis rerum indicio colligere poſſent moderni Annalium fabri, quæſo tamen, vtri parti maior adhibenda fides, his ne qui ipſis rebus geſtis, aut interfuerunt, aut non ita procul abfuerunt; an ijs, qui narrata, vel potius magno fingendi conatu excogitata ab alijs acceperunt? Dabo etiam hoc, fuſè ſatis atq; copioſè hæc eadem ab alijs videri perſcripta, ſed profecto ſi æqua lance, ea inter ſe vtrinq; comparemus; non tantùm in his fidem (quæ anima eſt Hiſtoriæ) ſed & diligentiam in tranſſcribendo deſiderabimus. Multa in gratiam ſuæ quiſq; gentis, vt voluit, non vt decuit, tranſtulit ſeu potius detorſit. Multa in alterius nationis odium, ſunt, partim penitus omiſſa, partim ſtudioſè inuerſa. Loquatur itaq; hic noſter Autor ipſe, & cum eo vt conferantur, ſi lubet, poſteriorum centones atq; augmenta epiſagmatica, tantùm abeſt vt impediam, vt nihil ſit, quod velim aut cupiam impenſius.

*Ad prius illud cauillum, quo me iniquè grauari poſſe perſpexi, ſatis vt arbitror, reſpondi, iturus nunc obuiam his, qui zelo, neſcio quo, Hierarchiam Pontificiam, editione huius ſcripti, à me ſtabiliri vociferent.*

*Sugillantibus in hunc modum, inſtitutum noſtrum, duobus aut tribus verbis, quæ in bona cauſſa ſufficere arbitratur Pindarus, os obſtruere poſſum; ſi non denegem, eſſe in hoc opere quædam vitioſa, quæ nullo pacto excuſare volumus: verum ea rariora quum ſint, & minus acriter defenſa, non eiuſmodi cenſenda ſunt, quæ cæterorum omnium, quæ cum magna fruge alioquin legi poſſunt, vſum nobis interdicant aut impediant. Præſertim quum ipſe Autor ſe tam acrem morum cenſorem declaret, non in grege Monachorum tantùm arguendo, ſed & in ipſo Archiepiſcopo Adalberto, gregis ſui Duce, immo etiam illuſtriſſima Comitum Palatinorum Rheni orto proſapia. Verùm vt planius conſtet, quid non tam de hoc ſcripto, quàm de vniuerſa Hierarchia Eccleſiaſtica ſentiendum ſit, paullo altius exorſi, rem vniuerſam ponamus ſuccincta narratione ob oculos.*

*Acturi de ſacro verbi diuini miniſterio, & huius functionibus ordinarijs, hoc eiuſmodi totius negocij collocamus initio fundamentum; aſſerentes atq; firmiſſimè ſtatuentes, æternum filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnicum eſſe, inde vſq; ab initio Mundi & porro etiam in omnem æternitatem, ſuæ Eccleſiæ caput, & ſolum eius ſummum Sacerdotem atq; ἀρχιποίμενα; à quo vnico largi-*

ter

ter demanat, in ſingula ipſius viua membra & fidos cooperarios, cœleſte Spiritus Sancti Balſamum. Hoc enim efficaciſsimo Olei diuini chariſmate inuncti atq; inaugurati ſunt ſancti olim Patres & Prophetæ: ac huius fiducia officium ſatagebant, ſcrutantes articulum temporis, in quem prænuncius ille, qui in illis erat, Spiritus Chriſti, declararet euenturas Chriſto paſsiones & conſecuturam has gloriam, vt loquitur Petrus, 1. Pet. 1. At vbi venit plenitudo temporis, & conſpicuus factus eſt filius Dei in Carne, vnxit eum Deus Oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, & effuſo in eum ſine menſura Spiritu, atq; requieſcente hoc eodem ſupra eum, toti mundo vt vnicum & ſummum Salutis Doctorem ac Autorem ſolenniter & publicè commendauit, addita teſtificatione ampliſsima: Hic eſt filius meus dilectus, in quo acquieſco, HVNC AVDITE.

In hanc miniſterij ſui quaſi ſocietatem, aſciuit Chriſtus, dum in his terris docendi munus obiret, duplex potiſsimum collaboratorum genus. Quorum prius erat Apoſtolorum duodecim, quos continuè apud ſe, vſq; ad Aſcenſionem ſuam familiariter retinuit. Poſterius verò ex Septuaginta Diſcipulorum cenſu conflatum, emiſsititium erat, & viciſſim eundo atq; redeundo, pro vt Magiſtro eorum viſum fuit, operam ſuam ipſi in propaganda eius doctrina locabat.

Porro aſcendens in altum, hic ipſe noſter Immanuel, neq; Eccleſiam deſeruit, neq; officium ita depoſuit, vt cuiquam mortalium, vllibi gentium, in hoc complendo vicem



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*commendarit ſuam. Quin potius collocauit eum Deus ad dexteram ſuam in cœlis, longè ſupra omne imperium & dominium, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo ſed etiam in futuro, Et omnia ſubiecit eius pedibus, eumq; conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius, & complementum eius, qui omnia implet in omnibus, ſicuti docet Paulus Epheſ. 1. Quemadmodum ergo hic idem perpetuus Hierarcha atq; Eccleſiæ Dictator, ante deſcenſum è cœlo, ac etiam quum præſens corpore exiſteret in terris, tum ipſi in vniuerſum Eccleſiæ, tum ſingulis docentibus pariter & diſcentibus efficaciter præfuit atq; adfuit: ita etiam poſt Aſcenſionem idem hoc potenter peragit & peraget in conſummationem ſæculi. Statim enim ab abitu ad patrem, captiuam ducens captiuitatem, dona dedit hominibus, & conſtituit alios Apoſtolos, alios vero Prophetas, quoſdam Euangeliſtas, quoſdam Paſtores & Doctores, ad coagmentationem Sanctorum, ad opus miniſterij & ædificationem corporis ipſius, &c. 1. Cor. 12. Epheſ. 4.*

*Atq; habuit ita Eccleſia Chriſti poſt eius Aſcenſum, hoſce quinq; Doctorum gradus, quorum tres priores tantùm temporarios, reliquos verò ordinarios ſeu perpetuos extitiſſe manifeſtè elucet ex conſequentibus. Apoſtoli enim immediatè ab ipſo Chriſto vocati, quum non tam Iudæorum, quàm Gentium conuerſioni, deſtinati eſſent, miſſi ſunt à Chriſto iam aſcendente, in orbem vniuerſum, ita vt æquali & vnanimi inter ſe poteſtate, locis quidem diuerſis, nullis tamen ſe-*

*dibus*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*dibus certis aſtricti, docuerint. Prophetæ ſingulari quadam Myſteriorum Dei cognitione donati, Eccleſiam naſcentem, ſignis & miraculis, atq; imprimis certis futurorum prædictionibus, confirmabant. Euangeliſtæ Apoſtolorum erant comites, & operam atq; labores horum, quando his ipſi non ſufficiebant, ſubleuabant. Paſtorum autem & Doctorum munus, latius, vt apparet, ſe extendit, vtpote quod non vno æuo ac tempore, ſed ad finem vſq; mundi perduraturum erat perpetuò. Erat enim horum præcipuè officium, recte ſecare ſermonem Domini, pijs incumbere præcibus, adminiſtrare Sacramenta, & horum ſimul omnium beneficio, ceu medijs, datam à Chriſto ſoluendi atq; ligandi exerere poteſtatem.*

*Regebatur ergo atq; colligebatur Eccleſia primitiua his in hunc modum diſtinctis docentium gradibus, etiam longè poſt Apoſtolorum tempora, adminiſtratione admodum beata & ſalutari; vſq; dum certæ ſedes, templa, parœciæ & redditus quoq; attributi ſunt Docentibus. Tunc creſcente multipliciter paßim vbiuis terrarũ grege Chriſtiano, creuit pariter etiam numerus miniſtrorum verbi omnium. Quo demum factum eſt, vt non Regna tantùm ſingula, ſed & Prouintiæ, Inſulæ atq; Vrbes quoq; populoſæ & celebres, plures acciperent ſacrorũ antiſtites. Hinc quum grauibus de cauſsis frequentius conuenire vniuſcuiuſq; Prouintiæ Paſtores neceſſe eſſet, eò tandem ventum eſt, vt is qui hoc, cæteros conuocandi ac conſcribendi munus gereret,* πρῶτοσ *ſeu* πρωτεύων *atq;* προεςῶσ *appellari cœptus ſit. Poſtea etiam* πατριάρχησ

*atq;*

atq; Metropolita quoq;, quod in vrbe Prouintiæ Metropolitana reſideret, nuncupatus eſt. Huius officium erat, Synodos agere, Epiſcopos deſignare, legitima doctrinæ iudicia conſtituere, ſcandala morum publica tollere, res controuerſas diſceptare, atq; alia item expedire negocia, rem concernentia Eccleſiaſticam.

Poterat certè, etiam hic ordo, tam pio & planè neceſſariò zelo conſtitutus tolerari, præſertim quum æquali inuicem dignitate, certiſq; limitibus circumſcripta autorttate, ſine affectatione tyrannidis & ſucceſsionis ordinariæ, communi cura & labore, curæ eſſet Eccleſia omnibus. Nondum enim obliti erant, eius, quod Paulus admonuit, Vt quemadmodum omnia quidem membra, corporis vnius ſunt; multa autem & diuerſa quum ſint, vnum tamen eſſe corpus & eandem habere actionem: Ita etiam in Chriſto, multos quidem eſſe corpus vnum, ſingulatim autem alios aliorum eſſe membra, ſed habentes dona diuerſa, pro gratia quæ data eſt:, ad menſuram doni Chriſti. Rom. 12. 1. Cor. 12. Epheſ. 4. Curabant enim Metropolitæ ſuam quiſq; Prouintiam, neq; alienæ ſe ingerere fas erat. Simili quoq; lege Epiſcopi ſuis præerant parœcijs. Immo neq; ſuperioribus ſine inferiorum aſſenſu, neq; inferioribus ſine ſuperiorum autoritate, memorabile quidquam ſtatuere permiſſum eſt, ſicuti patet ex Decretis Concilij, Calcedonenſis cap. 9. Niceni cap 6. Conſtantinopolitani cap. 11. Item ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Ruffini cap. 10. & Socratis lib. 3.

Poſtea

*Poſtea verò quum à tam ſanctis admonitionis Apoſtolicæ decretis,ad placita conciliorum ſuorum recederent; ſecutæ ſunt pernitioſæ iſtæ mutationes, quæ Rempub. Chriſtianam ita afflixerunt, vt quod non penitus euerterint, ſolius agnoſcamus Dei propitij beneficium ingens & inæſtimabile.*

*Cœpiſſe videtur omnis huius mali initium,ab Epiſcopo maximè Conſtantinopolitano, qui neſcio quibus furijs infernalibus percitus, Imperatorem & vrbis Senatum ſolicitauit, vt quoniam ea Vrbs ſede Imperiali cæteris præcelleret, ſibi quoq; peculiarem atq; præcellentem quandam dignitatem, præter reliquos Metropolitas attribuerent. Ea res anſam præbuit non tantùm officiorum, ſed & Animorum diſtractioni, quæ paullo poſt conſecuta eſt; ita vt appellationes & munerum dignitates, quæ prius ex æquo & bono communiter in ſingulis vbiuis Prouintiis vſurpabantur ab omnibus Metropolitis, poſtea non ſibi ſolum Conſtantinopolitanus, verùm etiam Alexandrinus & Romanus, atq; ipſe quoq; Ieroſolymitanus vendicaret peculiariter Epiſcopus. Hæc conſtitutio approbata eſt, in concilio Conſtantinopolitano ſecundo non vniuerſali, quemadmodum etiam videre eſt, ex conſtitutione nouella Iuſtiniani.*

*Sed non ita diu, poterat bene conuenire,inter hos quatuoruiros, quin ipſi inter ſe denuo de primatu dimicarent acerrimè. Conſtantinopolitanus enim Metropolita, paullo poſt, omnibus Aſiæ & Orientis,atq; adeo Grætiæ Metropolitis, omnem penitus vt adimeret iurisdictionem, obtinuit decreto*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

concilij Calcedonenſis Cap.9. Huius exemplo, non cunctandum ſibi ratus Epiſcopus Romanus, parum eſſe arbitrabatur imperare Eccleſiis ſuburbicis, niſi etiam vniuerſæ Italiæ & Hiſpaniæ Eccleſiarum antiſtites haberet ſibi ſubiuges. His, ex ſententia, ſibi ſubiectis, aliorum Metropolitarum limites ſine diſcrimine tranſgreſſus eſt, & vt commodius hos ſibi quoq; ſubiiceret, Epiſcopos ab iis officio amotos recepit, atq; litteris ſuis munitos in ſua remiſit atq; reſtituit; aſſerens vrbem Romam, vt caput & ſedem Imperij, ita caput & matrem Eccleſiæ vniuerſæ colendam atq; ſuſpiciendam, ſicuti indicat Socrates Hiſt: Eccleſ: lib.11. & Cyprianus in Epiſtola ad Cornelium Romanum.

Atq; ita, ex his, quæ ſtrictim commemorauimus, facile patet, quantùm poſteriorum ætatum præſules à primitiuæ Eccleſiæ Doctorum deſciuerint veſtigijs. Quod antiquitus ex neceſſario vſu ouilis Dei, conſonum inſtitutis Chriſti, ordinarunt ſancti Patres & Martyres, id poſteri in Romana potiſſimum Eccleſia, meræ Leuitatis & Ambitionis agitati ſtimulis, ad luxum & vanitatem pertrahentes ſæculi, cum ignominia Dei & ſcandalo latè in pernitiem ouilis Chriſtiani ſerpente, abuſi ſunt. Adeo vt ſi ex mortuis hodie excitati, vicini Apoſtolorum temporibus Epiſcopi & Metropolitæ, intuerentur in eam Romanæ Eccleſiæ faciem, quam aliquot iam ſæculis induta præ ſe fert, haud dubiè illi, neq; hic Diuum Petrum, neq; Diuum Paulum, neq; horum ſucceſſorem aliquem genuinum, ſed ipſiſſimum perditionis filium, Sathanæ primogenitū offendiſſe ſe fateri neceſſe eſſet.

Agno-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Agnoſcenda autem eſt interim infinita Dei præpotentis Bonitas & Clementia, qua in medijs hiſce tenebris Pontificijs, conſeruauit ſemen ſuum ſanctum, quod penitus opprimi atq; extingui non paſſus eſt. Nullum enim minus dubium eſt, illum tunc quoq; ſuum habuiſſe atq; nouiſſe electorem cætum & numerum, quàm illo tempore, quum Elias ſe ſolum relictum deplorans, audiret, 7000 virorum ſalua eſſe, quæ non curuauerant genua ſua coram Baal, 1. Reg. 19. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, nouit Dominus qui ſui ſunt, 2. Tim 2.

Sed conferamus iam, hæc, quæ hactenus dicta ſunt, cum ijs, quæ in Eccleſijs Septentrionis, priſcis & poſterioribus contigerunt ſæculis, atq; ita deprehendemus non tam lac lacti aut ouum ouo ſimile, quàm iſta hæc inter ſe congruant.

Miſertus noſtri Deus miſericordiarum, dedit ac miſit poſtremis hiſce mundi temporibus, in has etiam terras Arctoas, Euangelij præcones fidos & induſtrios. Illi erant, non qui primùm à temporibus Caroli Magni, in hæc Boreæ loca legationem ſuſceperunt, ſed qui, licet rarius, multò tamen prius, & ferè ab ipſo Apoſtolorum ſæculo, in Angliam, Saxoniam & Nordmanniam vniuerſam progreſſi ſunt. Quemadmodum certa huius rei inditia habemus, non tantùm in exuuijs eius Euangeliſtæ Saxoniæ, quas Canutus Rex Daniæ Bardeuico in Daniam tranſtulit, ſed & in Beda Anglo, atq; adeo ſparſim in Hiſtoria Regum Daniæ pariter & Noruagiæ.

Habebant hi Septentrionis primi Euangeliſtæ, neq; ſe-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

des, neq; redditus certos, ſed ipſi ea, quam prouidit Dominus, ſorte contenti, non quæ ſua, ſed quæ erant Ieſu Chriſti, quærebant zelo pectoris inuicto & ſimplici. Nulla iſtuc ætatis apud nos templa, aut cœtibus piorum faciendis deſtinata loca certa; nulli docentibus attributi redditus annui; nulla de primatu aut Metropolitico aut Archiepiſcopali contentio. Frequentia audiebantur Sanctorum martyria, continuæ perſecutiones, continentia pericula, labores, vigiliæ, profectiones, omnia difficilia, foris pugnæ, intus pauores, vt loquitur Apoſtolus, vſq; dum, clementiſsimi Dei benignitate, melius edocti Reges & Regni primates, Idola profligarunt, templa extruxerunt, & certas attribuerunt Doctoribus Eccleſiæ ſedes, &, vnde viuerent, Decimas.

Ceſſantibus ita perſecutionibus, creuit Eccleſia Dei paſsim in his terris, dilatatis eius pomærijs, non tantùm ad extremos vſq; Thylenſes ſeu Thelemarchios, ſed & Iſlandos atq; Gronlandos ſuppolares, vt exiſtimo, ferme populos. Deſignati ſunt ſingulis Prouintijs ſui Epiſcopi certi. Adiungebantur his Paſtores & Præpoſiti, tales, quales in primitiua Eccleſia nominauimus, laborum & periculorum magis quàm honorum ſocij ac coadiutores ſtrenui & commodi. Atq; ita ſparſum Euangelij ſemen, fructum attulit centuplum, adimpletumq; eſt illud Prophetæ dicentis: Tunc videbis & illuminaberis, timebitq; & illuminabitur cor tuum, quod conuerſa fuerit ad te multitudo Maris, fortitudo gentium venerit tibi. Eſaiæ 40.

Inuidebat hiſce tam lætis ſucceſsibus & memorabilibus

pietatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

pietatis incrementis, antiquus generis humani inimicus, neq; ita diu paſſus ſartum tectum Relligionis apud nos ſtatum, quin ſtatim per vicarium iſtum ſuum Romanum, in noſtras Eccleſias ſuum diffuderit virus. Id tanto aſtu effectum eſt, vt ſe tum quàm optimè habere exiſtimauerint, quum, prò dolor, Antichriſto ſe maximè rituum ſimilitudine conformarent, atq; demiſſa animorum ſubiectione adiungerent. Ea res effecit, quod non ita diu forma comparuerit apud nos Eccleſiæ exterior. Laborabat enim Pontifex Romanus, vt quod in cæteris Europæ ac totius ferme orbis nationibus obtinuerat dominium, illud in Arctoas quoq; gentes propagatum amplificaret. Subegit ergo ſenſim ſuæ tyrannidi, non tantùm ſupremos Eccleſiarum antiſtites, ſed & ipſos quoq; Monarchas noſtros, ita vt non fruſtra hunc ſibi in decretalibus vindicet titulum: Totius orbis Papa tenet Principatum.

Non poterat potentiſſimos Septentrionis Dominos, ab hoc tam ſplendido curiæ Romanæ ſeruitutis iugo, tutos præſtare, aut diſtantia loci ab vrbe Romana penè infinita, aut illa itinerum difficultas immenſa, aut ipſe deniq; tam vaſtus & præpotens Oceanus, qui Natura quaſi opifice Architectonica haſce terras vallo præcinxit firmiſſimo. Admouit ad hanc oppugnationem, cautus iſte Serpens Romanenſis, omne genus Machinarum Aſtutiæ Machiauellicæ, quibus valida iſta expugnaret pectora, quæ, nullæ vnquam, aut certè difficile & minimè impunè, Romanorum expugnare valuerunt acies. Partim igitur ſubblandiebatur noſtris Regibus, partim minitabatur ſatis imperioſè, vſq; adeo vt his artib. tandem Regi



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Daniæ Erico, cognomento Mendued, hæc, in quadam ad ſe Epiſtola, extorſerit verba pluſquam demiſſa & ſupplicia: Veſtræ (inquit) Sanctitati in omni Miſericordia, ſemper quantum poſſum humilius ſupplico, quatenus me miſericorditer dignetur recipere ueſtræ Sanctitatis pietas; Vt non deſoletur Regnum, nec tota gens pereat. Illi enim oues quum ſint, quid fecerunt? Conuertetur obſecro in uaginam Petri gladius, & reſtituat ſeruo auriculam Chriſti uicarius, immo uerius ipſe Chriſtus. Vt reſtitutus ad Eccleſiaſtica Sacramenta, liberius audiat uerba Dei, & quidquid humeris meis portabile, mihi iuſſerit ueſtra Sanctitas reuerenda, licet perquam durum fuerit, non negabo. Quid plura? loquere Domine, & audiat ſeruus tuus &c.

In hunc modum amiſſa & quaſi euaneſcente penitus veræ Eccleſiæ forma iſta viſibili, nihilominus tamen interea habuit Deus, ſuæ apud nos Eccleſiæ membra viua plurima; occulta quidem Mundo, cognita vero ei, cui eſt incognitum nihil. Quod ſi poterat Deus opt: max: in medio maris rubri, in triſtiſſimo profligatæ ſyncerae Religionis ſub Achabo tumultu, in ipſa Babylonis confuſione & exilio, in flamma fornacis ardentis, ſuorum electorum corpora pariter & animas protegere; quid prohibet, quo minus ſuos fideles, diſperſos atq; deliteſcentes, in medijs conſeruarit tenebris & erroribus Pontificijs, etiamſi iuſto vindictæ ipſius iudicio, ab aſpectu hominum nota & forma Eccleſiæ ipſius exterior, aliquantiſper ſublata fuerit? Neq; enim ita altas egit radices, hoc virus Papiſticum, neq; ita latè, ſparſa pullulabant Inimici zizania, quin beneficio Spiritus ſancti mirabiliter efficacis per verbum & Sacramenta, multi extiterint ſalutis & vitæ æternæ compotes. Maturè etiam noſtri Reges, Antichriſti Romani deprehendentes Sanctimoniæ fucum, memores iuris ſui, quod præter cæteros orbis Reges, peculiare ſibi à

Deo

*Deo & incolis attributum habere ſe agnoſcunt, frœnum excutere non dubitarunt Pontificium. Nam vt de alijs taceam, quàm eſt hoc, à Rege Daniæ, non ita valde amarum, ſed acutæ naris reſponſum, miſſum Pontifici Romano?* Vitam habemus à Deo; Nobilitatem à parentibus; Regnum à ſubditis; Fidem à te, quam, ſi placet, per præſentes remittimus.

*Reperti ſunt etiam apud nos, non pauci Eccleſiæ Miniſtri, qui Antichriſto aduerſati ſunt, palam conquæſti non tam de ipſius, quàm Sycophantarum eius, morum prauitate & tyrannide intolerabili. In his ſuum nomen profiteri non veretur etiam hic noſter Autor. Qui etſi ex hoc fatali noxiæ contagionis malo, in quod incidit, labem aliquam contraxit, tantùm tamen abeſt, vt in id penitus conſenſerit, quod & in multis deſiderarit emendationem, & in pluribus accuſauerit Superiorum negligentiam. Pugnat quidem ille, ſeu velitat potius, pro Eccleſiæ ſuæ Bremenſis aris & focis; & eius Antiſtites, quantum maximè ſaluo audet pudore, prædicat, (qua in parte eum nullo modo defenſandum ſuſcipimus) ſed nihilominus non abſtinet, quò minus paßim in ſui ordinis mores corruptos inuehatur acerrimè. Qua de re, præter locos plurimos, legi poſſunt lib. 1. cap. 37. & lib. 4. cap. 17. & 40. &c. Et quid enim grauius aut confidentius dici poterat, etiam hodierno die, in Pontifices illos, Epicuri de grege porcos, quàm eſt illud, quo claudit librum primum, in hunc modum:* Eia, inquit, uos Epiſcopi, qui ſedentes gloriæ, lucri, uentris & ſomni breues delitias, in primo Epiſcopalis officij loco ponitis; reſpicite, inquam, iſtum pauperem & modicum ſæculi (loquitur de Vnni mortuo in Suetia) immo laudabilem magnumq; Sacerdotem Chriſti, qui nuper tam nobili fine coronatus, exemplum dedit poſteris, nulla temporum uel locorum aſperitate noſtram pigritiam excuſari poſſe &c.

Hæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Hæc, & eiuſmodi alia, piè & verè dicta, quum in hoc Autore reperiantur, quæſo, quo iure, ne edatur meritò quiſquam vetare poterit? Veruntamen ſi quis ita pertinax eſt, vt caſtrandum omnino hunc fuiſſe exiſtimet, ipſi hoc extremi reſponſi loco relinquimus, nos tantùm hoc labore noſtro, ad rerum antiquitus geſtarum Hiſtoriam, non ad fontes Iſraelis, voluiſſe aperire aditum. Et ſi quid omnino eſt, (eſſe non diffitemur) quod pij Lectoris palato veterem ſapere videatur Idolomaniam; id iam admonitus facilè cauere poteſt, ne aut deglutiat, aut in venas ſuas tranſmittat. Meminerit quin potius pientiſsimi ac ſapientiſsimi Imperatoris Theodoſij, qui in templis Chriſtianorum, à cultibus Idolatricis perpurgatis, Simiarum effigies relinqui mandauerit, vt extaret fœditatis priſtini volutabri inditium ante oculos, quo moti intuentes, veſaniam erroris & cæcitatis depoſitæ toto pectore deteſtarentur, & gratis animis celebrarent Deum, qui è tenebris in lucem, à deuijs & diuerticulis latronum, in viam & vitam deduxerat viuentium.*

*Dixi hactenus de Autore huius operis, & de conſilio, quod in huius editione ſecutus ſum; & ſpero bonis omnibus, neq; ingratam neq; inſuauem, fore hanc noſtram narratiunculam. Cæteros amanter rogo, ne iudicium præcipitent, ſed ſi quid habeant, magis ingenio perfectum ac elaboratum induſtria, illud in communem vſum candidè proferant. Oro Deum, vt Eccleſiam & Scholas in his terris, clementer proteget, aduerſus Sathanæ tyrannidem atq; mendatia,*

*vt fiant ipſi per nos multa grata & placentia,*

*AMEN.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# SINGVLA, QVATVOR *HORVM LIBRORVM,* CAPITA.

## *CAPITA LIBRI PRIMI.*

CAPVT

I. Præmiſſa dedicatione, orditur autor à Saxoniæ deſcriptione; eam Trigono confert, & à loci fertilitate atq; amœnitate commendat.

II. Quatuor præcipui Saxoniæ fluuij, Viſuris, Albis, Sala & Emiſa.

III. Populi qui primùm Saxoniam incoluerint; & quæ ſedes Saxonum, qui & Angli vocati ſunt.

IIII. Teſtimonium Eginhardi de colonijs Saxonum.

V. Quatuor populorum Saxoniæ ordines; Nobilium videlicet & Liberorum, Libertorumq; & Seruorum: Quibus connubio permiſceri fas non erat.

VI. Cultus Idolatrici & variæ ſuperſtitiones Saxonum.

VII. Occaſio chriſtianæ Religionis ſuſceptæ à Saxonibus, armis Caroli Magni ſubiugatis ac domitis.

VIII. Vinifridus cognomento Bonifacius, natione Anglus, primus Saxonum & vicinorum populorum Euangeliſta.

IX. Villehadus Bonifacij ſucceſſor, primus Eccleſiæ Bremenſis Archiepiſcopus deſignatur.

X. Diploma Caroli Magni, quo decimas Saxonibus imperat, Eccleſiæ Bremenſi à ſe fundatæ atq; regaliter ditatæ, Villehadum Epiſcopum præficit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XI. Obitus Villehadi.

XII. Villericus *II*. Eccleſiæ Bremenſis Archiepiſcopus ſuccedit Villehado. Carolus Magnus Eccleſiam in Hamaburg extruit, cui Heridagum Epiſcopum præficit.

XIII. Bellum inter Carolum Magnum, & Godefridum Regem Daniæ exortum, interueniente vtriusq; morte, reſtinctum eſt.

XIIII. Bellum inter Nepotes Godefridi de Regno Daniæ, quibus ad internecionem pugnantibus, ſucceſsit Haraldus Klag.

XV. Corbeia in Saxonia fundatur. Haraldus Klag Dania pulſus à filijs Godefridi, confugit ad Imperatorem & baptizatur.

XVI. Anſgarius tranſit in Daniam & Suetiam, & docet cum fructu.

XVII. Ludouicus Imperator Eccleſiam Hamburgenſem conſtituit Metropolim vicinarum nationum.

XVIII. Anſgarius reuiſit Danos & Suecos vnà cum Ebbone & Gaudberto comminiſtris ſuis.

XIX. Villericus peracto ſtrenui & fidelis Paſtoris officio, plenus dierum, in fata concedit.

XX. Leudericus Villerico ſucceſsit. Anſgarius ſtrenuam nauat nouellæ Eccleſiæ plantationi operam & Thuroltz viſitat in Gallijs.

XXI. Normanni Friſiam depopulati, Hamburgam incendio vaſtant. Herigarius Bircæ præfectus claret miraculis.

XXII. Diſſenſio & Reconciliatio filiorum Ludouici Imperatoris à patris obitu.

XXIII. Diligentia Anſgarij commendatur.

Poſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XXIIII. Poſt obitum Leuderici, vnita eſt Eccleſiæ Hamburgenſi, Bremenſis. Vtriqꝫ præfuit Anſgarius.

XXV. Anſgarius tranſit Bremam, & inde in Daniam: vbi Regem Ericum ad fidem chriſtianam conuertit. Qui Eccleſiam Sleſuicenſem, omnium primam in Dania, extruxit.

XXVI. Anſgarius iterum, ductu Regis Daniæ, traijcit in Suetiam, & populum cum Rege traducit ad relligionem Chriſti.

XXVII. Archiepiſcopus Hamburgenſis, iugo clientelæ Colonienſis liberatur & noua inſuper accipit à Romano Pontifice Priuilegia.

XXVIII. Bellum geſtum inter Guthormum & Ericum Regem Daniæ, quibus ſucceſsit Ericus cognomento PVER, qui fidem Chriſti ſuſcipiens Eccleſiam Ripenſem à primis extruxit fundamentis.

XXIX. Studium Anſgarij in viſitando proprias Eccleſias, ſi quando à peregrinationibus ceſſauit.

XXX. Diligens cura pauperum habita ab Anſgario.

XXXI. Anſgarius pia ſolicitudine pro Eccleſijs, litteris agit apud Principes & Epiſcopos; & functus præclarè 34. annis officio, migrauit à ſeculo.

XXXII. Rimbertus ſucceſit Anſgario.

XXXIII. Commendatur diligentia Rimberti in legationis ſuæ officijs. Qui Reges Danorum hoc tempore extiterint, indicatur ex hiſtoria Francorum.

XXXIIII. Dani per inferiorem Germaniam longè lateqꝫ populabundi progreſsi, ferro atqꝫ flamma obuia quoqꝫ proſternentes, à Ludouico Imperatore tandem repreſsi feruntur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XXXV. Dani à Freſonibus repulſi, Galliam reſtaurato exercitu inuaſerunt & vaſtarunt. Angliam quoq; & Friſiam ſibi ſubiugarunt.
XXXVI. Miracula (vt referunt) à Rimberto edita.
XXXVII. Commendatio Aſsiduitatis & religioſæ Pietatis Rimberti.
XXXVIII. Eleemoſynæ & exitus Rimberti.
XXXIX. Adalgarius primum coadiutor; deinde ſucceſſor Rimberti.
XL. Dani repreſsi ab Imperatore Arnulfo, domi quieuere ſub ſuis Regibus.
XLI. Brema fit denuò ſuffraganea Colonienſis Archiepiſcopi.
XLII. Bremenſis Archiepiſcopus libertati priſtinæ reſtitutus, accipit coadiutores à Pontifice plures.
XLIII. Hogerus Adalgario ſuccedens, ſtrenuè & fideliter exequitur officium Paſtorale.
XLIIII. De ſerie Regum Daniæ quædam adijcit ex relatione Suenonis Eſtritij.
XLV. Saxonia variè à vicinis gentibus depopulatur. Hogerus diem ſuum obijt.
XLVI. Reginuardus Hogero ſuccedens, vix annum vnum ſedit. Vngari Bremam incendio deformantes, cœlitus puniti feruntur.
XLVII. Vnni ſuccedit Reginuardo. Vngari ſuperiorem, Dani & Slaui inferiorem populantur Germaniam.
XLVIII. Henricus Imperator domat Imperij hoſtes, Vngaros, Sorabos, Slauos & Danos.
XLIX. Vnni circuit Eccleſias ſibi ſubiectas, & in Daniam tranſiens Haraldum Blaatand, ad fidem Chriſti conuertit.

Vnni

L. Vnni penetrat in Bircam Sueoniæ, docendo & baptizando Eccleſiam colligens.

LI. Sueci in Paganiſmum relapſi, reuocati ſunt monitionibus Archiepiſcopi Vnni.

LII. Vnni moritur in Suecia & Bircæ ſepelitur in æde D. Petri.

## *CAPITA LIBRI SECVNDI.*

CAPVT

I. Adaldagus ſucceſſor Vnni, Regi Ottoni fuit gratiſsimus; cuius fauore multùm profuit Eccleſijs ſuo tempore.

II. Otto Imperator Daniam ingreſſus, eò rem deduxiſſe fertur; vt Haraldus Rex Daniæ cum Regina coniuge & filio baptizatus ſit.

III. Otto Imperator Slauos cogit ad fidem Chriſti; & primas in eorum terra extruxit Eccleſias. Archiepiſcopus Colonienſis fruſtrà nititur ſibi ſubijcere Bremenſem.

IIII. Qua ratione primùm Hermannus Biling ab infima ſorte, in Ducem Saxoniæ, per Ottonem Imperatorem excreuerit.

V. Otto Imperator ingreſſus Italiam, Iohannem Papam deponit, & filios Berengarij domat. Adaldagus peracta hac peregrinatione, in ſua cum gaudio reuertitur.

VI. Benedictus Papa in locum Iohannis x*II.* depoſiti, à populo Romano ſurrogatus, iuſſu Ottonis Imperatoris Hamburgam deportatus eſt.

 Adal-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

VII. Adaldagus ſedulam gerit curam pauperum. Otto Imperator Magdeburgam extruit, atq; Adalbertum eius loci conſtituit Archiepiſcopum.

VIII. Archiepiſcopatui Magdeburgenſi, ſubiecti ſunt Epiſcopi quinq;. Fines Archiepiſcopatus Hamburgenſis indicantur.

IX. Termini ac limites Saxoniæ, itemq; Oceani Orientalis.

X. Saxoniæ amplitudo, & eius incolæ diuerſi.

XI. De Simulacro Rhedegaſt, apud Rhetarios.

XII. Ampliſsima ad Odderam ciuitas Iumnō, quam Helmoldus Vinnetam vocat.

XIII. Nauigario in Ruſsiam. Odderæ & Albiæ ortus ac exitus.

XIIII. Tres ordine Ottones præſunt imperio. Hermannus Dux Saxoniæ obiens, relinquit poſt ſe filium Beutonem.

XV. Potentia & Pietas Haraldi Regis Daniæ.

XVI. Epiſcopi in Dania ordinati ab Adaldago.

XVII. Epiſcopi Aldenburgenſes. Eccleſiæ paſsim in Slauia erectæ.

XVIII. Haraldus Rex Daniæ profligatus à Filio Suenone, vitam cum Regno amiſit.

XIX. Miracula ad ſepulcrum Haraldi edita. Obitus Adaldagi.

XX. Succedit Adaldago Libentius, homo litteratus & deuotus, & plurima virtute inſignis.

XXI. Sueno Rex Daniæ atrocia perpetrans ſcelera, atrocibus punitur pœnis.

XXII. Piratæ Aſcomanni Saxoniam vaſtant, & magnam cladem incolis inferunt.

Aſco-

XXIII. Aſcomanorum alter exercitus infeliciter pugnans, in Heriuad cæſus eſt.

XXIIII. Terror nominis Nordmannici apud Saxones.

XXV. Sueno Tiugſkeg exul, repulſus à Noruago & Anglo, à Scotorum Rege benignè exceptus, baptizatur.

XXVI. Poppo Epiſcopus duo inſignia edit miracula. Vterq; Ottinkarus Huide, ob pietatis & eruditionis laudem, illuſtris.

XXVII. Olaus Thrucconis Rex Noruagiæ ad fidem Chriſti conuerſus eſt. Ericus Rex Suetiæ conuerſus, ad Paganiſmum relapſus creditur.

XXVIII. Sueno ducta matre Olai Regis Suetiæ, redit ad Regnum Daniæ, & fidem Chriſti ſuſcipit.

XXIX. Olaus Tryggeſõn Rex Noruagiæ, cæſus à Suenone Rege Daniæ in freto Helſingburgenſi.

XXX. Poſt mortem Ottonis Imperatoris, Slaui deficientes à fide Chriſtiana, Chriſtianos paſsim ſupplicijs affecerunt & Eccleſias incendio vaſtarunt.

XXXI. Multi Chriſtiani martyrij coronam acceperunt in hac Slauorum perſecutione.

XXXII. Epiſcopi Cimbricæ Cherſoneſi poſtremis Libentij temporibus. Obitus Libentij.

XXXIII. Vnuanus ſuccedens Libentio, cum laude officio functus, grauiſsimum habuit aduerſarium Bernardum Ducem Saxoniæ, quem mediante Cæſare tandem habuit ſibi placatum & deuinctum.

XXXIIII. Epiſcopi Daniæ, tempore Vnuani.

XXXV. Munificentia Vnuani in principes vicinos, quorum animos ſibi & Eccleſiæ, erogatis in eos Eccleſiæ Theſauris, deuinxit.

Sueno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XXXVI. Sueno Tiugſkeg Angliam occupat. Filius eius, Canutus, cognomento Magnus, eam de-nuô vi occupauit & obtinuit.

XXXVII. Canutus Magnus Rex Daniæ, occu-pata Anglia, connubijs ſibi primores Regni de-uinxit.

XXXVIII. Canutus Magnus Rex Daniæ & An-gliæ, Epiſcopos ex Anglia ſecum in Daniam redu-cit, ægrè ferente id Archiepiſcopo Hamburgenſi.

XXIX. Mortuo Henrico Imperatori, ſucceſsit Conradus, qui Polonos & eorum auxiliares perdo-muit.

XL. D. Olaus Rex Noruagiæ zelo Pietatis, in-cantatores & hariolos, Regno ſuo expellit, & fidem Chriſti ſtudioſé propagat.

XLI. Studium Olai Regis Suetiæ in propa-ganda, inter ſuos, Religione Chriſtiana.

XLII. Vnuani Amicitia & neceſsitudo cum vi-cinis Principibus.

XLIII. D. Olaus Noruagia pulſus, redit; atq; à ſuis ſubditis, odio defenſæ Relligionis chriſtianæ, cæ-ſus eſt.

XLIIII. Vlfridus Anglus in Suetia, ab inco-lis Regni cæſus, ſanguine ſuo fidei Chriſti veritatem, obſignauit.

XLV. Libentius prioris Libentij Nepos, Vnuano ſuccedens, bona Eccleſiaſtica auget & amplificat.

XLVI. Succeſſus & obitus Epiſcoporum quo-rundam in Dania & locis vicinis.

XLVII. Canuti Magni, Regis Daniæ potentia. Eius affinitas & iter Romanum cum Cæſare Con-rado.

Godſcal-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XLVIII. Godſcalcus Dux Vandaliæ, litteras deſerens, armis necem patris vlciſcitur. Quo facto tranſit ad Canutum Magnum, Regem Daniæ.

XLIX. Emma Matrona pia & generoſa, Theſauros ſuos confert Eccleſiæ Bremenſi. Libentius vitam cum morte commutat.

L. Hermannus Libentij ſucceſſor, Epiſcopatui tribus annis, ſed nulla cum laude, præfuit.

LI. Bezelinus Hermanno ſuccedens, omnibus gratus & acceptus, reditus Eccleſiaſticos auget & Bremam munit.

LII. Bezelinus vnâ cum Bernardo Duce Saxoniæ, Hamburgam Eccleſijs & ædificijs mirificè exornat.

LIII. Principes Slauorum militant Duci & Archiepiſcopo.

LIIII. Series & Geneologia Regum Daniæ & Noruegiæ.

LV. Sueno Eſtritius captus ab Archiepiſcopo, honorifice habitus atq; dimiſſus eſt.

LVI. Alebrandi neceſsitudo cum Ducibus Saxoniæ. Aſcomanorum irruptio & depulſio.

LVII. Canutus cognomento Durus, Rex Daniæ, moritur, cui ſuccedit Magnus in Dania, Eduardus frater in Anglia.

LVIII. Colloquium Magni Regis cum Archiepiſcopo, & Ducibus Saxoniæ.

LIX. Ratibor cum alijs octo principibus Slauiæ, filijs ſuis, bello occiditur.

LX. Obitus pientiſsimæ comitiſsæ Emmæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

LXI. Brema incendio vaſtata. Monaſterio eadem conflagratione abſumto, fratres Regulæ obliti, libertate oblata cum gaudio vſi ſunt.

LXII. Obitus Archiepiſcopi Alebrandi.

LXIII. Epitaphium Alebrandi.

## *CAPITA LIBRI TERTII.*

CAPVT

I. Adalbertus ſucceſsit Alebrando, atq; ita præfuit, vt partim laudem, partim reprehenſionem commeruerit.

II. Adalbertus initiò, bonitatis atq; ſedulitatis magnum præ ſe fert ſpecimen; ſed ad extremum, prauis obtemperans conſultoribus, deficit.

III. Modeſtia & Humilitas Adalberti.

IIII. Zelus Adalberti pro Eccleſia ſibi commiſſa.

V. Adalbertus, murum ciuitatis, recens collocatum ab Alebrando, deſtruit, & ad Eccleſiæ ædificationem abſoluendam transfert.

VI. Aemulatio exorta inter Archiepiſcopum & Ducem Bernardum.

VII. Archiepiſcopus Curiam Imperaroris ſequitur, vt fauore Imperatoris muniatur aduerſus Ducem.

VIII. Archiepiſcopus proficiſcitur in Italiam cum Imperatore Henrico.

IX. Archiepiſcopus Imperatorem Bremam perducit, eumq; honorificè excipiens, donatur ab eo Comitatu Friſiæ. Quod ægrè ferens Thiadmarus, Imperatori pariter & Archiepiſcopo molitur inſidias.

Archi-

X. Archiepiſcopus reconciliatur Ducibus, & de octo Præpoſituris à ſeſe erigendis atq; fundandis conſtituit.

XI. Multa initiò ab Archiepiſcopo benè conſtituta atq; incoata, ante conſummationem corruunt,

XII. Sueno Rex Daniæ ducta conſanguinea, ab Archiepiſcopo admonitus, eam dimittit.

XIII. Haraldus D. Olai frater, Conſtantinopoli reuerſus, Noruagiam eripit Suenoni Regi Daniæ.

XIIII. Filij Goduini Angliam inuadunt, & Regem Eduardum conſtituunt.

XV. Emund cognomento ſenior, Rex Sueciæ, Archiepiſcopum Acephalum recipit, & legatos Eccleſiæ Bremenſis reijcit.

XVI. Legati Eccleſiæ Bremenſis à Rege Suetiæ repulſi, à Giutha Regina Daniæ recipiuntur & fouentur.

XVII. Suetia ob repulſum legitimum Epiſcopum, varijs cladibus attrita, tandem ſub Rege Stenkillo; Adaluardum reuocat & cum gaudio excipit.

XVIII. Crudelitas & Impietas Haraldi Regis Noruagorum.

XIX. Haraldus Rex Noruagiæ contemnit Archiepiſcopum Bremenſem.

XX. Archiepiſcopus, mediante Imperatore, reconciliatur Suenoni Regi Daniæ.

XXI. Commendatio Godeſcalci Ducis Slauiæ, cogentis Slauos vicinos ad fidem Chriſti.

XXII. Slauia latè recipit fidem Chriſtianam. Ipſe Dux Godſcalcus interpres concionatorum peregrè venientium, frequentes publicè habet ad Slauicum populum conciones.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XXIII. Archiepiſcopus cohortatur Regem Daniæ, & Ducem Slauiæ, ad propagandam Relligionem Chriſtianam in Slauia.

XXIIII. Quatuor præcipui Vinulorum populi, Chezini, Circipani, Rheteri, & Tholozantes. Circipani ſæpe triumpharunt de reliquis tribus, ſed tandem victi. Accerſitis enim Rege Daniæ & Duce Saxoniæ, atq; Godſcalco, in auxilium, eorum ope reliqui victoriam de Circipanis reportarunt.

XXV. Querela Suenonis Regis Daniæ de Saxonum Auaritia; cuius de cauſſa poſthabent propagationem Relligionis Chriſtianæ.

XXVI. Bremæ nomen celebre redditur, nomine Archiepiſcopi Adalberti.

XXVII. Archiepiſcopus munimentum in vicinia Hamburgæ, aduerſus incurſus Paganorum erigit.

XXVIII. Dux Saxoniæ, relicta Hamburga, nouum extruit & inhabitat Caſtellum.

XXIX. Vana magnificentia Archiepiſcopi in Miſſarum celebratione vſurpata.

XXX. Imperator Henricus Goſlariam iure municipali donat. Archiepiſcopus eius fauore ad magna temerè aſpirat.

XXXI. Synodus Moguntiæ habita, cui interfuerunt Pontifex & Imperator Romanus, Anno vt alij ferunt 1059.

XXXII. Adalbertus in maxima gratia & exiſtimatione apud Pontificem & Imperatorem Romanum.

XXXIII. Gratulatur Imperator Orientis Imperatori Henrico, ſucceſſum proſperum in Imperio occidentis.

Archi-

XXXIIII. Archiepiſcopus annititur Patriarchatum Hamburgæ conſtituere.

XXXV. Henricus *IIII.* Patri in Imperio ſuccedit. Qui cum puer eſſet, gubernationis potiſsima ſumma manſit penes matrem.

XXXVI. Archiepiſcopus Hamburgenſis & Colonienſis, conſules ordinarij Curiæ Imperialis deſignantur.

XXXVII. Anno Archiepiſcopus Colonienſis potentia ſua vtitur ad ſubleuandos & extollendos, ſibi ſanguine deuinctos.

XXXVIII. Adalbertus Hiſtriones & Gnathones magnifacit & muneribus cumulat; captans ea ratione fauorem popularem, nullo tamen fructu.

XXXIX. Adalbertus ad ſeculi ſtudia ſe conuertens, ſumtibus & oneribus res tentando nouas, populo fit grauis & odioſus.

XL. Immoderatio Adalberti, animo in aduerſis nimis abiecto; in proſperis nimis elato: in Ira plus iuſto efferueſcente; in liberalitate iniquè prodigo.

XLI. Adalbertus Paraſitis, præſtigiatoribus, Ariolis & Diuinatoribus ſe totum tradit: Somno ac Somnijs delectatus, ab Aris ad Aleas tranſit.

XLII. Adalbertus poſtremis temporibus difficilè admiſit quenquam ad ſuum colloquium, niſi eſſet aut Ariolus, aut Medicus, aut alius qui diceret ipſi placentia. Laborat Ambitione, calumniandi ſtudio, & ſocordia.

XLIII. Archiepiſcopus incurrit infamiam & odium populi & Magnatum; præcipuè Ducis Bernardi & filiorum eius. Qui ſimultatibus pariter & inſidijs,



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

eò ipſum redegerunt; vt quo ſe verteret, præ mentis inopia, ignoraret.

XLIIII. Archiepiſcopus cum Duce proficiſcitur in Friſones; à quibus repulſi ſunt cum ignominia.

XLV. Somnium Ducis Bernardi de futuro poſt ſe liberorum ſucceſſu.

## CAPITA LIBRI QVARTI.

CAPVT

I. Filij Bernardi Ducis Saxoniæ, ſtatim ab obitu Patris, Epiſcopatum Bremenſem depopulantur.

II. Archiepiſcopus fratrum animos à ſe inuicem alienat: & Hermannum ſecum deducit in expeditionem Vngaricam.

III. Hermannus reuerſus ex militia Vngarica, Bremam iratus diripit. Qua de cauſſa exilij damnatus, quinquaginta manſis multatus, poſtliminio reſtituitur.

IIII. Imperator condolens vaſtationi Eccleſiæ Bremenſis, ingentibus eam denuò ditat muneribus.

V. Archiepiſcopus conatur ſibi omnes comitatus, qui in eius Epiſcopatu aliquam Iuriſdictionem habent, ſubijcere.

VI. Archiepiſcopus, vt ſeculi bona redimat, Eccleſiæ diuendit & diſsipat bona.

VII. Archiepiſcopus quum ad ſumma perueniſſet in Curia Imperatoris, ſuam manum poſuit contra omnes, & omnium viciſsim manus contra ſe expertus, infamia ob artes Magicas notatus, curia & officio amouetur.

VIII. Duces Saxoniæ Archiepiſcopum à curia Imperiali remotum; grauiſsimè perſequuntur.

Mag-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

IX. Magnus Dux Saxoniæ eò redigit Archiepiſcopum, vt pacem ab eo mille manſis cogatur redimere.

X. Archiepiſcopus diſtributis inter laicos bonis Eccleſiæ, ipſe ridiculus cum mera fermè luctatur inopia.

XI. Godeſcalcus Princeps Slauiæ, à Paganis Leontij cæſus, martyrij coronam adeptus eſt.

XII. Iohannes Epiſcopus Slauiæ, cum Coniuge Godeſcalci, filia Regis Daniæ, & alijs multis Chriſtianis, per Chriſti fide martyrium ſubijt.

XIII. Slaui in Stormariam vſq;, populabundi progreſsi, Hamburgam deuaſtarunt; fruſtrà ſe eis opponente Duce Ordolpho.

XIIII. Angliam inteſtinis ſeditionibus turbatam, Vilhelmus ex Gallia clàm aduectus, inuadit atq; occupat.

XV. Status Regni Suetiæ miſerabilis.

XVI. Encomium Suenonis Regis Daniæ, à quo autor ſe accepiſſe fatetur, quicquid refert de conuerſione Barbarorum.

XVII. Reprehenditur Adalbertus, quòd aulæ Imperatoris nimiùm deditus fuerit; Nunc verò deſperatis rebus, otio ſe primùm dedere incipit.

XVIII. Recenſet cauſſas, de quibus duriorem ſe Adalbertus coactus ſit præbere familiæ ſuæ Eccleſiæ.

XIX. Tertia & quarta cauſſa, cur ſe aliquantò acerbiorem exhibuerit ſuis, Archiepiſcopus.

XX. Quintam & vltimam cauſſam aſsignat, cur meritò Archiepiſcopus coactus ſit durius in ſuos animaduertere.

Adal-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XXI. Adalbertus proprijs dilapidatis bonis, de pauperum rapinis & Præpoſiturarum reditibus cogitur viuere.

XXII. Adalbertus Xenodochiorum bona ad ſe transferens, auget famis graſſantis periculum; Adeò vt multi Bremæ in Plateis, Eleemoſijnis deſtituti, fame perierint.

XXIII. Exaggerat crudelitatem ac Tyrannidem Archiepiſcopi, maximè eius familiarium; à quibus nihil tutum, nihil ſecurum miſeris ciuibus ac ſubditis.

XXIIII. Archiepiſcopus in priſtinum dignitatis ſurrogatus gradum, cautius ſe geſsit quàm prius. Quædam ſui animi vota expleuit, ſed non, vt intenderat, omnia.

XXV. Conſpiratio facta in Regem, detecta & reſtincta eſt; ſubactis conſpirationis Ducibus.

XXVI. Archiepiſcopus intelligens ſe tantum Spe vana lactari ab Imperatore, fatis concedit.

XXVII. Prognoſticon vicinæ mortis in ipſo Archiepiſcopo, morum vcz & animi ſubita in deterius mutatio.

XXVIII. Archiepiſcopus à fratre Frederico Palatino Rheni admonitus; nihilominus ad ſe non redit. Quod verò Magicis artibus ſe non dederit, purgatur.

XXIX. Archiepiſcopus equo delapſus & propter crebrum Medicamentorum vſum deſperabundus, agens pœnitentiam, ad ſe redit.

XXX. Pytoniſſa & Medici malè ominantur Adalberto; Solus Nothebaldus Gnatho domeſticus contrarium ſpondebat, atq; ita facilè credulum, decepit.

XXXI. Immania portenta, præcedentia mortem Archiepiſcopi.

Adal-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XXXII. Adalbertus Goſlariæ, in diſcrimine vitæ conſtitutus, neminem fratrum ad ſe admiſit, excepto ſolo Rege, cui curam Eccleſiæ commendauit.

XXXIII. Adalbertus vicinus morti, pœnitentiæ oblitus, vitam adhuc in terris ſibi ſpondet.

XXXIIII. Adalbertus moritur, nemine fratrum præſente. Vel vt alij narrant, præſentibus miniſtris ac pœnitentiam eius audientibus.

XXXV. Deplorat autor mortem Adalberti, quem ab hypocritis ſeductum conqueritur.

XXXVI. Corpus Archiepiſcopi Bremam deportatur atq; honorificè ſepelitur.

XXXVII. Confeſsio & pœnitentia Adalberti triduum priuſquam expiraret.

XXXVIII. Archiepiſcopus de ſua aliquando ſuperbè gloriatus proſapia; viſione mirabili ad mentem meliorem fertur reuocatus.

XXXIX. Alia ſigna pœnitentiæ Archiepiſcopi.

XL. Lectorem rogat Autor, vt ſcripta ab ipſo breuiter congeſta boni conſulat & dextrè vtatur.

XLI. Adalbertus deuouerat aliquando omnes Septentrionis terras circuire ac inuiſere, ſed ſuaſu Regis Daniæ, illud oneris in alios ſua munificentia excitatos, reiecit.

XLII. Archiepiſcopus Epiſcopos in Septentrionis plagas ordinat, & Synodum in Dania celebrare conſtituit.

XLIII. Exempla duarum Epiſtolarum, in quibus fit mentio celebrandæ in Dania Synodi.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

XLIIII. Epiſcopi quos in Septentrionis Regna ordinarit atq; dimiſerit Adalbertus.

XLV. Epiſcopi tres præcipui, qui frequentiſsimè aderant Adalberto.

XLVI. Fides & Obſeruantia Archiepiſcopi in ſedem Romanam pariter & Curiam Imperialem.

PROOEMI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# PROOEMIVM AVTORIS DEDICATORIVM.

*Beatiſsimo Patri, & electo cœlitus, Archiepiſcopo Hamburgenſi, LIEMARO; A. minimus Sanctæ Bremenſis Eccleſiæ Canonicus; integræ deuotionis paruum munus.*

*QVum in numerum gregis veſtri Paſtor Euangelice, nuper à deceſſore veſtro colligerer, ſedulò operam dedi, ne proſelitus & aduena, tanti muneris beneficio ingratus exiſterem. Mox igitur vt oculis atq; auribus accepi Eccleſiam noſtram antiqui honoris Priuilegio nimis extenuatam, multis egere conſtructorum manibus; Cogitabam diu, quo laboris noſtri monimento, exhauſtam viribus matrem, potuerim iuuare. Et ecce occurrunt mihi plurima, interdum legenti vel audienti facta ab anteceſſoribus noſtris, quæ cùm ſui magnitudine, tum Ec-*

Occaſio conſcriptæ huius Hiſtoriæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

cleſiæ huius neceſſitate videantur digna relatu. Sed quoniam rerum memoria latet, & Pontificum loci Hiſtoria non eſt tradita literis: fortaſſe dixerit aliquis, aut nihil eos dignum memoria feciſſe in diebus ſuis, aut ſi fecerint quippiam, ſcriptorum, qui hoc traderent poſteris, diligentia caruiſſe. Hac ego neceſſitate perſuaſus: appuli me ad ſcribendum de Bremenſium ſiue Hamburgenſium ſerie Præſulum, non alienum credens meæ deuotionis officio ſeu negotio veſtræ legationis, ſi cum ſim filius Eccleſiæ, ſanctiſſimorum Patrum, per quos Eccleſia exaltata, & Chriſtianitas in gentibus dilatata eſt, geſta reuoluo. Ad quod nimirum valdè arduum & viribus meis impar onus, eò maiorem flagito veniam, quo ferè nullius, qui me præceſſerit, veſtigia ſequens, ignotum iter, quaſi palpans in tenebris, carpere non timui, eligens in vinea domini potius aliquod pondus diei ferre & æſtus, quàm extra vineam ocioſus ſtare.

Tuo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Tuo igitur ſanctiſſime Præſul examini* Dedicatio. *audacter incepta committo, te iudicem ſimulq́; defenſorem imploro; ſciens tibi pro ſapientia tua nihil dignum poſſe deferri; Qui decurſo mundanæ prudentiæ ſtudio, ad ſtudium diuinæ Philoſophiæ maiore gloria nunc aſcendiſti; Terrena deſpiciens & ſola meditans cœleſtia.*

Liemari Archiepiſcopi Encomium.

*Cumq́; doctrina & veritate, hoc eſt, verbo & exemplo Paſtorali, facilè multos excellas, præcipua eſt in virtutibus tuis humilitas, quæ omnibus te communem faciens, mihi quoq; fiduciam dedit, qua balbutiens audeam cum Philoſopho loqui, & SAVL inter Prophetas videri. Scio tamen aliquos, vt in nouis rebus fieri conſuetum eſt, aduerſarios mihi non defuturos, qui dicant hæc ficta & falſa, veluti ſomnia Scipionis à Tullio meditata; dicant etiam, ſi volunt per eburneam portam Maronis egreſſa. Nobis propoſitum eſt non omnibus placere, ſed tibi Pater & Eccleſiæ tuæ. Difficillimum enim eſt inuidis placere: Et, quoniam ſic æmulorum cogit improbitas, Fateor tibi, quibus ex pratis, deflo-*

*deſloraui hoc ſertum, ne dicar ſpecie veri captaſſe mendacium. Itaq; de his quæ ſcribo, aliqua per ſcedulas diſperſa collegi: Multa verò mutuatus de Hiſtoriis & Priuilegiis Romanorum: Pleraq; omnia Seniorum, quibus res nota eſt, traditione didici, teſtem habens veritatem, nihil de meo corde prophetari, nihil temerè definiri, ſed omnia quæ poſiturus ſum, certis roborata teſtimoniis. Vt ſi mihi non creditur, ſaltem autoritati fides tribuatur. In quo opere, talibuſq; auſis, ſciant omnes, quod nec laudari cupio vt Hiſtoricus, nec improbari metuò vt falſiloquus. Sed quod benè ego non potui, melius ſcribendi cœteris materiam reliqui.*

Vnde Hiſtoriam ſuam collegerit Autor.

*Ab introitu igitur Sancti Villehadi, cum Saxonia tota, & armis ſubacta Francorum, & diuino cultui mancipata eſt, ordiens, in tuo ſalutari ingreſſu pono metam libelluli. Simul omnipotentis Dei miſericordiæ ſupplicans, vt qui te populo ſuo diu erranti & afflicto, Pa-*

Votum Autoris.

ſtorem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*ſtorem conſtituit, annuat etiam, tua opera tuiſq; diebus, ea quæ ſunt inter nos corrigi praua, & correcta perpetuò conſeruari. Ad hæc quæ in gentium conuerſione à deceßoribus tuis ſtrenuè dudum incepta ſunt, à te, qui hæreditariam prædicandi legationem poßides, in totam Septentrionis latitudinem, maturè perfici concedat Ieſus Chriſtus, Dominus noſter; Cuius regni non eſt finis, per omnia ſæcula ſæculorum,*

*AMEN.*

LIBER

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

AVtor hic, quum ſibi Hiſtoriam Archiepiſcoporum Eccleſiæ Bremenſis & Hamburgenſis deſcribendam ſumſiſſet; non ea tantùm, quæ has ſolùm Eccleſias concernunt, ſcribere contentus, vicinarum etiam nationum res geſtas attigit; & earum
Variæ horum librorum Hiſtoriæ. præcipuè, quas aut metropoli Hamburgenſi ſubeſſe, aut ipſi præeſſe ac prodeſſe pro temporum ratione cognouit. Quo factum eſt vt Imperatorum etiam Romanorum Hiſtorias delibet, & Danorum quoq; præclarè facta non ſubticeat. Hæc potiſſimùm ipſe ex Eginhardo deſumſit, quemadmodum poſtea ex ipſo, tum hæc, tum alia mutuatus eſt Crantzius. Ad præſentem autem quod attinet librum, proponit prioribus ſex eius Capitibus, breuem atq;
Saxonia Trigono collata. ſuccinctam chorographiam Saxoniæ, quam & Trigono confert, & à locorum fertilitate

atq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

atq; amœnitate commendat. Hoc facto, viam ſibi ſternit ad iuſtæ Hiſtoriæ narrationem, commemorata occaſione, qua primùm vera Relligio in has Septentrionis plagas propagata ſit. Eam diuinitus datam atq; ſuſceptam zelo pii Martyris Bonifacii, & pii Imperatoris Caroli Magni aſſerit. Quorum ille primus harum terrarum Apoſtolus, quum paßim pluribus docuiſſet annis, ad extremum Martyrii coronam accepit à Friſonibus. Hic totis XXIII. annis, cum gente Saxonum bella gerens, tandem ſuarum victoriarum omnium hunc ſtatuit finem, vt abiectis Idolatricis ſuperſtitionibus, Saxones fidem & baptiſmum Chriſti atq; huius miniſtros, conuerſi reciperent.

Saxonia quomodo primum ad Chriſti fidem conuerſa.

Carolus Magnus 23. annis bella geſſit cum Saxonibus.

Ea ratione fidem dedit Chriſto gens Saxonum, & ordinati ſunt paßim in eorum terra Epiſcopi, qui certis conſtituti locis, legationem obierunt pro Chriſto, & latè in Septentrionis terras, ſemen ſparſerunt Euangelii.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Villehadus primus Eccleſiæ Bremenſis Epiſcopus.

*Primus Eccleſiæ Bremenſis Epiſcopus fuit Villehadus, qui annis à Bonifacii temporibus 35 quum præfuiſſet, obiit. Huic ſucceßit diſcipulus Villericus, & porro ipſi Leudericus. Qui ſucceſſorem habuit Anſgarium prius Epiſcopum Hamburgenſem, poſt Heridagum primum eius loci Epiſcopum. Is multa fide & diligentia, vbi vtriq; iam adunatæ Eccleſiæ præfuiſſet, ſucceſſorem accepit Rimbertum. Eum ſecutus eſt Adalgarius, cui ſucceßit Hogerus; Hogero Reginuardus, Reginuardo Vnni, in quo Autor finit Hiſtoriam libri primi.*

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# CAPVT PRIMVM.

**Præmiſſa dedicatione, orditur à Saxoniæ deſcriptione; eamq; Trigono confert, & à loci fertilitate & amœnitate commendat.**

*HIſtoriam Hamburgenſis Eccleſiæ ſcripturi, quoniam Hamburg nobiliſsima Saxonum ciuitas erat, non indecens aut vacuum fore putamus, ſi prius de gente Saxonum & natura eiuſdem Prouinciæ ponemus ea, quæ doctiſsimus vir Eginhardus, aliiq; non obſcuri Autores relinquerunt in ſcriptis ſuis.*

*Saxonia, inquiunt, pars non modica eſt Germaniæ, & eius quæ à Francis incolitur duplum in lato putatur habere, quum ei longitudine poſsit eſſe conſimilis. Poſitio eius rectè metientibus, Trigona videtur, ita vt primus angulus in Auſtrum porrigatur vſq; ad Rhenum flumen. Secundus verò incoans à maritimis Hadelohe regionis, longo ſecus Albiam limite protenditur in Orientem, vſq; ad Salam fluuium. Ibi eſt angulus tertius. Itaq; ab angulo ad angulum, habet iter octo dierum, præter eam partem Saxoniæ, quæ trans Albiam ſuprà incolitur à Sorabis, infrà autem à Nordalbingis.*

Saxoniæ deſcriptio.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Saxoniæ fertilitas. Saxonia viris, armis & frugibus inclyta, excepto quòd raris intumeſcit collibus. Tota verò decliuis in planiciem conſideratur. Sola caret vini dulcedine. Alia omnia fert vſui neceſſaria. Ager vbiq; fertilis, compaſcuus & ſylueſtris. Qua Thiringiam accedit, aut Salam vel Rhenum fluuios, ibi prorſus opimus. Cæterum iuxta Friſiam paluſtris, & aridus, propter Albiam degenerat aliquantulum. Iucunda vbiq;, nec mirum quum oportuna Prouinciam riget amnium copia.

## CAPVT II.

Quatuor præcipui Saxoniæ fluuij: Viſuris, Albis, Sala & Emiſa.

Fluuij Saxoniæ præcipui. NObiliſsimi Saxoniæ fluuij ſunt, Albis, Sala, Viſuris qui nunc Viſura vel Virraha

Viſura. nuncupatur. Is in Thuringiæ ſaltu fontem

Sala. habet, quemadmodum & Sala; deinde mediam curſu pertranſiens Saxoniam, in vicinia Freſonum ſortitur occaſum. Verùm maximus Albis, qui

Albia. nunc Albia nomen habet, & Romanorum teſtimonio prædicatur. Cuius ortum ferunt trans Boemiam: mox Slauos dirimit à Saxonibus, iuxta Magdeburgh. In ſe recipit Salam fluuium, nec longè ab Hamaburgh, ipſe Albiam ergitur in Oceanum. Quartus ex magnis

Emiſa. Saxoniæ fluminibus eſt Emiſa, qui Veſtphalos à reli-

quis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

quis illius Prouinciæ dirimit populis. Isq́ oritur in ſaltu Podarburnenſi; Currit autem per medios Freſonum terminos, in Oceanum Britannicum.

## CAPVT III.

### Populi qui primum Saxoniam incoluerint; & quæ ſedes Saxonum, qui & Angli vocitati ſunt.

*QVærentibus autem, qui mortales ab initiò Saxoniam coluerint, vel à quibus hæc gens primo finibus egreſſa ſit; compertum eſt nobis ex multa lectione veterum, iſtam gentem, ſicut omnes ferè populos, qui in orbe ſunt, occulto Dei iudicio, non ſemel de regno ad populum alterum fuiſſe tranſlatos, & ex nomine victorum, Prouincias quoq́ vocabula ſortitas. Quippe ſi Romanis credendum eſt ſcriptoribus, primi circa Albiam, & in reliqua Germania Sueui habitauerunt, quorum confines erant, qui dicuntur Driades, Bardi, Sicambri, Huni, Vandali, Sarmatæ, Longobardi, Heruli, Dacæ, Marcomanni, Gothi, Normanni, & Slaui. Qui propter inopiam ſoli natalis, contentioneſq́ domeſticas, aut ſicut dicitur, minuendæ multitudinis cauſſa, à loco ſuo egreſſi, totam ſimul Europam inundauerunt & Africam.*

Saxoniæ primi incolæ.

Antiquitas Saxonum.

*De antiquitate verò Saxonum, meminit Oroſius & Gregorius Turonenſis ita; Saxones, inquiunt, gens ferociſsima, virtute & agilitate terribilis, in Oceani littore habitat, inuijs inacceſſa paludibus, quæ periculoſam tunc Romanis finibus eruptionem meditans, à Valentiniano Imperatore oppreſſa eſt. Deinde cum occuparent Gallias Saxones, à Syagrio Duce Romanorum victi ſunt, & Inſulæ eorum captæ.*

Saxones Angli uocitati.

*Igitur Saxones primò circa Rhenum ſedes habebant, & vocati ſunt Angli; Quorum pars inde veniens in Britanniam Romanos ab illa Inſula depulit. Altera pars Thuringiam oppugnans, tenuit illam Regionem. Quod breuiter conſcribens Einhardus tali modo ſuam ingreditur Hiſtoriam.*

Anglia Cimbrica, ex qua Angli in Britaniam tranſierūt.

Error in Beda correctus.

Anglos antiquiſsimos eſſe Terrarum Septentrionis ad Oceanum incolas, ex Corn. Tacito & Ptolomæo apparet. Quod autem ex Cimbrorum terra & populo, collecto exercitu in Britaniam aceiti traiecerint, id uarijs conuincitur Argumentis. Quorum primum eſt uicinitas & commoditas Cherſoneſi Cimbricæ, unde in Inſulam facilimus extat traiectus. Deinde idipſum probatur ex copijs auxiliaribus, quas ipſis Iutæ adiunxiſſe perhibentur à Beda. Sic enim ipſi Angli legendum fatentur, Iutas pro Vitis. Accedit huc ipſa loci & populi Anglici appellatio moderna; cuius nullibi terrarum ita manifeſta extant ueſtigia, quàm in noſtræ Cimbricæ Cherſoneſi parte ea, quæ Slia flumine & oppido ab una, & ſinu freti atq; urbis Flensburgenſis clauditur ab altera parte. Quam eandem ſententiam confirmat & hoc, quod cognati populi, quos Tacitus Anglis coniungit, ucz Arij, Eliſij & Manimi, uicinas adhuc inhabitant Balthici maris Inſulas parentes Regi Daniæ. Tacco Cambriæ nomen, Prouintiæ

ab ijs in Britania occupatæ, inditum, quod haud dubiè Angli mutuati ſunt à patriæ appellationis ſimilitudine. Taceo appellationes alias innumeras, longe à Cornuuallica diſtantes, & noſtræ Cimbricæ linguæ familiares, quarum in hodiernum uſq; diem uiget apud eos paßim uſurpatio. De quibus & ijs quoq; quæ ſequuntur, tempeſtiuo magis loco uberius.

Lingua Anglica affinis linguæ Danicæ.

✠ Eginhardus, qui hoc loco citatur, ſcripſit præter hunc Hiſtoriæ temporum, alium quendam etiam librum de uita Caroli Magni, cuius erat, ut ferunt, Cancellarius. Floruit Anno Domini 820.

## CAPVT IIII.

### Teſtimonium Eginhardi de colonijs Saxonum.

SAxonum gens (inquit) ſicut tradit antiquitas, ab Anglis Britanniæ incolis egreſſa, per Oceanuu nauigans, Germaniæ littoribus, ſtudio & neceßitate quærendarum ſedium, appulſa eſt in loco qui vocatur Haduloha. Eo tempore, quo Thiedricus Rex Francorum, contra Hirminfridum Ducem Thuringorum generum ſuum dimicans, terram eorum crudeliter vaſtauit ferro & igne. Et quum iam duobus prælijs ancipiti pugna incertaq́; victoria miſerabili cæde ſuorum decertaſſent, Theodricus ſpe vincendi fruſtratus, miſit Legatos ad Saxones, quorum Dux erat Hadugato, & vt audiuit cauſſam aduentus eorum, pollicitis pro victoria cohabitandi ſedibus, conduxit in adiutorium. Quibus ſecum quaſi iam pro libertate & patria fortiter dimicantibus, ſuper-

Thiedricus Rex Francorum bellū geſſit cum Hirminfrido Duce Thuringorum.

Saxones qua occaſione occuparint Thuringiam.

ſuper-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſuperauit aduerſarios, vaſtatiſq; indigenis, & ad internecionem penè deletis, Terram eorum iuxta pollicitationem ſuam, victoribus delegauit. Qui eam ſortè diuidentes, cum multi ex eis in bello cecidiſſent, & pro raritate eorum, tota ab eis occupari non potuit, partem illius, maximè eam quæ reſpicit orientem, colonis tradebant, ſingulis pro ſua ſorte, ſub tributo exercendam. Cætera verò loca ipſi poſſederunt. A meridie quidem Francos habentes, & partem Thuringorum, quos præcedens hoſtilis turbo, non tetigit, alueoq; fluminis Vnſtrote dirimuntur; A ſeptentrione verò Nordmannos gentes ferociſſimas; Ab ortu ſolis Obotritos; Ab occaſu Friſos, à quibus ſine intermiſſione, vel fœdere, vel concertatione neceſſaria, finium ſuorum ſpacia tuebantur. Erant enim inquieti nimis & finitimorum ſedibus infenſi; Domi verò pacati, & ciuium vtilitatibus, placida benignitate conſulentes.

Saxoniæ limites.

De his copioſius infrà lib. 2. cap. 9. & ſequentibus.

## CAPVT V.

Quatuor populorum Saxoniæ ordines; Nobilium Vcz & Liberorum, Libertorumq; & Seruorum. Quibus connubio permiſceri fas non erat.

GEneris quoq; ac nobilitatis ſuæ, prouidiſſimam curam habentes, nec facilè vllis aliarum gentium, vel ſibi inferiorum connubijs infecti,

*infecti, propriam & ſynceram, tantumq́ ſibi ſimilem gentem facere conati ſunt. Vnde habitus quoq; ac magnitudo corporum comarumq́ color, ſicut in tanto numero hominum, idem eſt pene omnibus. Quatuor igitur differentijs gens illa conſiſtit, Nobilium ſcilicet, & liberorum, libertorumq́ atq; ſeruorum. Et id legibus firmatum, ne vlla pars in copulandis coniugijs, propriæ ſortis terminos transferat. Sed nobilis nobilem ducat vxorem, & liber liberam, libertus coniugatur libertæ & Seruus Ancillæ. Si verò quiſpiam duxerit vxorem, cum vitæ ſuæ damno, componat legibus; etiam ad vindictam malefactorum optimis abutebantur. Et multa alia atq; ſecundum legem naturæ honeſta, in morum probitate ſtuduerunt habere, quæ eis ad veram beatitudem promerendam ſufficere potuiſſent, ſi ignorantiam creatoris ſui non haberent, & à veritate culturæ illius non eſſent alieni.*

Nobilitatis generis ſtudioſi Saxones.

Leges coniugales Saxonum.

Locus, ut ſuſpicor, deprauatus.

## CAPVT VI.

Variæ ſuperſtitiones & cultus Idolatrici Saxonum.

*Coluerunt enim eos, qui natura non erant Dij, inter quos præcipuè Mercurium venerabantur, cui certis diebus, humanis quoq; hoſtiis litare conſueuerant. Deos ſuos neq;*

Deorum cultus apud Saxones.

in Templis includere, neq; vlla humani oris ſpecie aſſimilare, ex magnitudine & dignitate cœleſtium, arbitrati ſunt. Lucos ac nemora conſecrantes, Deorumq; nominibus appellantes, ſecretum illud ſola reuerentia contemplabantur. Auſpicia, & ſortes, quàm maximè obſeruabant. Sortium conſuetudo ſimplex erat, virgam

Sortes, & harum uſus apud Saxones.

fructiferæ arbori deciſam, in ſurculos amputabant, eoſq; notis quibuſdam diſcretos, ſuper candidam veſtem temerè ac fortuitò ſpargebant. Mox ſi publica fuit conſultatio, Sacerdos populi: ſi priuata, ipſe Paterfamilias precatus Deos, cœlumq; ſuſpiciens, ter ſingulos tulit; Sublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatus eſt. Si prohibuerunt, nulla de eadem re, ipſa die conſultatio: Si permiſſum eſt, euentuum adhuc fides exigebatur.

Auguria.

Auium voces, & volatus interrogare proprium erat illius gentis. Equorum quoq; præſagia ac motus experiri, hinnituſq; ac fremitus obſeruare. Nec vlli auſpicio maior fides, non ſolùm apud plebem, ſed etiam apud proceres habebatur. Erat & alia obſeruatio auſpiciorum, qua grauium bellorum euentus explorare ſolebant. Eius quippe gentis, cum qua bellandum fuit,

Auſpiciorum mira obſeruatio.

captiuum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patrijs quemq; armis, committere, & victoriam huius vel illius pro iudicio habere. Quomodo autem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*autem certis diebus, cum inchoatur Luna, vel impletur, agendis rebus auſpicatiſsimum initium crediderint, aliaq́ innumerabilia vanarum ſuperſtitionum genera, quibus implicati ſunt, obſeruauerint, prætereo.*

*Hæc verò ideo commemoraui, quo prudens lector agnoſcat à quantis errorum tenebris, per Dei gratiam & miſericordiam ſint liberati; Quando eos ad cognitionem ſui nominis, lumine veræ fidei perducere dignatus eſt. Erant enim, ſicut omnes ferè Germaniam incolentes, & natura feroces, & cultui Dæmonum dediti, veræq́ Relligioni contrarij, neq́ diuina, neq́ humana iura, vel polluere vel tranſgredi inhoneſtum arbitrabantur. Nam & frondoſis arboribus, fontibusq́ venerationem exhibebant. Truncum quoq́ ligni non paruæ magnitudinis in altum erectum, ſub dio colebant; patria eum lingua Irmindſul appellantes, quod latinè dicitur vniuerſalis columna, quaſi ſuſtinens omnia. Hæc tulimus excerpta ex ſcriptis, de aduentu, moribus & ſuperſtitione Saxonum, quam adhuc Slaui & Sueones, ritu Paganico ſeruare videntur.*

Tenebræ plusquam cimmeriæ apud Saxones Idolatras.

Ego columnam hanc Irmindſul Harminio Longobardorum Regi, ut eum nuncupat Velleius paterculus, qui in Epiſcopatu Paderbornenſi uicit Quintilium uarum, ut indicat Tacitus, collocatam exiſtimo. Hanc Carolus Magnus poſtea deſtruxit, quum Ereſburgum cæpit. Erant & aliæ columnæ apud Saxones & Cimbros memorabiles, qualis erat ea, quæ Crodoni collocata fuit in Harteſborg, unde etiam hodie execrationis formula Krodendyſſuel ab iracundis uſurpatur. Item ea, quam Iodutte appellarunt. De qua re aliàs, Deo dante, fuſius.

Irmindſule.

Columna Crodonis.

Iodutte.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT VII.

**Occaſio chriſtianæ Relligionis ſuſceptæ xonibus, armis Caroli Magni ſubiuga domitis.**

Saxonia quomodo primum conuerſa ad fidem Chriſti.

*QValiter autem gens dura Saxonum peruenerit ad cognitionem diuini nominis, aut quibus prædicatoribus ad chriſtianæ Relligionis normam pertigerit explicare locus quærit, ſi prius de bello Karoli, quod cum Saxonibus longo tempore profligatum eſt, mentionem facimus, & belli cauſas ſimul conneſtimus. Thuringi vel Saxones, itemq́ cæteræ quæ iuxta Rhenum ſunt nationes, & ex antiquo Francis tributariæ leguntur. Quibus deinde à Regno eorum deficientibus, Pipinus genitor Karoli bellum intulit, quod tamen filius peregit maiori felicitate. De quo idem ſcriptor Eginhardus breui Epilogo meminit dicens: Suſceptum eſt igitur bellum, aduerſum Saxones, quod magna vtrinq́ animoſitate, tamen maiore Saxonum quàm Francorum damno, per continuos XXXIII. annos gerebatur, poterat ſiquidem citius finiri, ſi Saxonum hoc perfidia pateretur. Omnibus igitur qui reſiſtere ſolebant profligatis, & in ſuam poteſtatem redactis, ea conditio à Rege propoſita, & ab illis ſuſcepta eſt, vt abiecto Dæmonum cultu, relictiſq́ patrijs ceremonijs, chriſtianæ fidei Sacramenta*

Eginhardus.

Finis bellorum Caroli Magni cum Saxonibus.

*ſuſci-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*ſuſciperent, & Francis adunati, vnus cum eis efficeretur populus: tractumq́ per tot annos bellum, ita conſtat eſſe finitum. Nunc autem animarum ſpirituales triumphos ad ſcribendum ſuccincti, de his prædicatoribus, qui ferociſſimos Germaniæ populos ad diuinam Relligionem perduxerint, tale ſumamus exordium.*

Ante tempora Pipini & Caroli Magni, penetraſſe uſq; in Saxoniam uerbi diuini præcones ex antiquiſſ. conſtat Annalium monumentis. Nam fama eſt, apud Longobardos concionatum quendam uirum ſanctum, qui ſtatim à temporibus Apoſtolorum eò deuenerat. Eius Sepulturæ locus apud Bardeuigenſes ſacer diu extitit, uſq; ad tempora Henrici Leonis, qui cum urbem deuaſtaſſet, oſſa huius Euangeliſtæ conceſſit Canuto Regi Daniæ, qui ea ſecum aſportauit in Daniam Anno Chriſti 1188.

Euangelium propagatum in Saxonia longè ante tempora Caroli Magni.

Angli quoq; ante tempora Caroli Magni conuerſi, patriæ amore in Cimbriam & loca uicina miſerunt uerbi Dei præcones, quemadmodum in Chronicis Noruagicis latius demonſtraturi ſumus.

Canutus Valdemari F. Rex Daniæ.

## CAPVT VIII.

### Vinifridus cognomento Bonifacius natione Anglus, primus Saxonum & vicinorum populorum Euangeliſta.

*PRimus omnium qui Auſtrales Germaniæ partes, Idolorum cultui deditas, ad cognitionem diuinæ ac chriſtianæ Relligionis adduxit, Vinifridus erat, natione Anglus, verus Chriſti Philoſophus, cui poſtea cognomentum ex virtute erat, Bonifacius. Et quamuis alij ſcriptorum*

Bonifacius ſeu Vinifridus conuertit Saxones ad fidem Chriſti.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

vel Gallum in Alemania vel Hemmeranum in Beguaria, ſiue Kilianum in Franconia, ſeu certè Villebrodum in Freſia, priores verbum Dei aſſerant prædicaſſe, Hic tamen omnes alios, vti Paulus Apoſtolus, ſtudio & labore prædicationis anteuenit. Ipſe enim, vt in geſtis ſuis legitur, Apoſtolicæ ſedis autoritate fultus, legationem ad gentes ſuſcepit, Theutonumq́ populos, apud quos nunc & ſumma imperij Romani & diuini cultus reuerentia viget ac floret. Eccleſias, doctrina virtutibuſq́ illuſtrauit. Quarum etiam Prouincias in Epiſcopatus diſtribuens, ſeorſim Francos cis Rhenum, Haſſones ac Thuringos, qui Saxonum confines ſunt, primitiuo quodam laboris ſui fructu, Chriſto & Eccleſiæ copulauit. Tandemq́ à Freſonibus, quos iam ante ad fidem conuerterat, illuſtri Martyrio coronatus eſt. Geſta eius à Diſcipulis plenaria manu edita ſunt, quæ eum ferunt agonizaſſe cum alijs quinquaginta & amplius commilitonibus ſuis, Anno ordinationis ſuæ XXXVII. ipſe eſt annus Dominicæ Incarnationis DCCLV. Pipini iunioris ✝XIIII.

Epiſcopatus in Germania conſtituti.

Vinifridus cæſus à Friſonibus Anno Domini 755.

✝IIII.

## CAPVT IX.

Villehadus Bonifacij ſucceſſor, primus Eccleſiæ Bremenſis Archiepiſcopus deſignatur.

POſt paſsionem Sancti Bonifacij, Villehadus, & ipſe Angligena, feruens amore martyrij properauit in Freſiam. Vbi conſiſtens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſtens ad ſepulcrum B. Martyris, Paganos facti peni- tentes ſuſcepit, & credentium multa milia baptizauit. Deinde cunctam in circuitu Prouinciam, cum Diſcipu- lis perluſtrans, Idola confregiſſe, populoſq; ad culturam veri Dei Euangelizaſſe, dicitur. Tunc & gentilium zelo, fuſtibus percuſſus & gladio legitur ad iugulan- dum proſcriptus. Licet gratia Dei, maioribus eum præ- deſtinaret titulis, ſuæ tamen voluntati & ſtudio nihil minus erat ad martyrium. Poſt hæc miſſus in Saxoni- am à Karolo Rege, primus omnium Doctorum, mari- timas & boreales Saxoniæ partes & Tranſalbianos populos, ad chriſtianam fidem prouocauit.

D. Bonifacius ſepultus in Friſia.

Villehadus primus Nordalbingorum Doctor.

Septem annos prædicaſſe dicitur eam regionem vſq; ad annum rebellionis Saxonum duodecimum, cum Viducrad perſecutionem mouens in chriſtianos, Fran- corum terminos vſq; ad Rhenum vaſtabat. In qua per- ſecutione Diſcipuli Sancti Villehadi, quidam Bremæ, multi per Friſiam, cæteri trans Albiam paſſi leguntur. Vnde confeſſor Dei, maius adhuc lucrum expectans, de conuerſione plurimorum; legitur ſecundum Euangeli- cum præceptum, de ciuitate in ciuitatem confugiſſe, di- ſperſiſq; ſocijs ad prædicandum, ipſe Romam veniſſe cum Liudgero. Vbi ſanctiſſimi Papæ Adriani con- ſolatione releuati; Liudgerus in montem Caſſinum receſſit, ad confeſſionem Sancti Benedicti; Villeha- dus

Vitukrad Dux Saxoniæ.

Villehadus it Romam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

dus in Galliam repedauit, ad ſepulcrum Sancti Villebrodi.

Itaq; biennium vterq; recluſi, contemplatiuæ vitæ operam dabant; apprimè orantes pro perſecutoribus & gente Saxonum, ne iactum in eis ſemen verbi Dei, inimicus homo Zizanijs oppleret, impletumq; eſt in eis, quod ſcriptura dicit: Multum valet deprecatio iuſti aſſidua. Hæc de vita eius ad ſenſum excerpta protulimus.

Tranſacto igitur biennio, quod eſt anno Caroli XVIII. Vithechind incentor rebellionis, ad fidem Caroli venit; baptizatusq; eſt ipſe cum alijs Saxonum magnatibus, & tunc demum Saxonia ſubacta, in Prouinciam redacta eſt, quæ ſimul in octo Epiſcopatus diuiſa, Moguntino & Colonienſi Archiepiſcopis eſt ſubiecta. Cuius exemplar diuiſionis, quod ex præcepto Regis in Bremenſi Eccleſia ſeruatur, cognoſci poteſt, his verbis.

Vittekind interpretatur, q: illuſtris aut nobilis, & pluribus notus.

Saxonia in Prouinciam redacta.

## CAP. X.

Diploma Caroli Magni, quo Decimas Saxonibus imperat; & Eccleſiæ Bremenſi, à ſe fundatæ atq; regaliter ditatæ, Villehadum Epiſcopum præficit.

Diploma fundationis Eccleſiæ Bremenſis.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Carolus, diuina ordinante prouidentia, Rex. Si Domino Deo exercituum ſuccurrente, in bellis victoria potiti ſumus;

ſumus; in illo & non in nobis gloriamur; & in ſeculo hoc, pacem & proſperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionem nos promereri confidimus.

Quapropter nouerint omnes Chriſti fideles, quod Saxones, quos à progenitoribus noſtris, ob ſuæ pertinaciam perfidiæ ſemper indomabiles, ipſiq; Deo & nobis tam diu rebelles, quouſq; illius, non noſtra virtute, ipſos & bellis vicimus & ad Baptiſmi gratiā, Deo annuente, perduximus; priſtinæ libertati donatos, & omni nobis debito cenſu ſolutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubiugales deuotè addiximus; videlicet vt qui noſtræ poteſtatis iugum hactenus ferre detrectauerunt; Victi iam (Deo gratias) & armis & fide, Domino ac Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, & Sacerdotibus eius, omnium ſuorum iumentorum & fructuum, totiuſq; culturæ decimas ac nutrituræ, diuites ac pauperes legaliter conſtricti perſoluant.

Deo victoriæ laus attributa.

Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more, in Prouinciam redigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, Septentrionalem illius partem, quæ & piſcium vbertate ditiſſima, & pecoribus alendis habetur aptiſſima, pio Chriſto & Apoſtolorum ſuorum Principi Petro, pro gratiarrm actione deuotè obtulimus, Sibiq; in Vuigmodia in loco Bremon

Bona Eccleſiæ Bremenſi à Carolo Magno attributa.

 vocato,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

vocatò, ſuper flumen Virraam Eccleſiam & Epiſcopalem ſtatuimus cathedram. Huic Parochiæ X. pagos ſubiecimus quos etiam abiectis eorum antiquis vocabulis & diuiſionibus, in duas redigimus Prouincias; his nominibus appellantes, Vigmodiam & Lorgoe. Inſuper ad præfatæ conſtructionem Eccleſiæ, in ſupradictis pagis, LXX manſos, cum ſuis colonis offerentes, totius huius Parochiæ incolas, decimas ſuas Eccleſiæ ſuoq; prouiſori fideliter perſoluere, hoc noſtræ Maieſtatis præcepto iubemus, donamus & confirmamus.

Adhuc etiam ſummi & vniuerſalis Papæ Adriani præcepto, nec non & Magunciacenſis Epiſcopi Lullonis, omniumq; qui affuère Pontificum conſilio, eandem Bremenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis appenditijs, Villehado probabilis vitæ viro, coram Deo & Sanctis eius, commiſimus. Quem etiam primum eiuſdem Eccleſiæ, III. Idus Iulij, conſecrari fecimus Epiſcopum, vt populis diuini ſemina verbi ſecundum datam ſibi ſapientiam fideliter diſpenſando, & nouellam hanc Eccleſiam Canonico ordine, & Monaſteriali competentia

Friſiæ deſcriptio.

Freſia regio eſt maritima, inuijs inacceſſa paludibus habetq; pagos XVII. quorum pars tertia reſpicit Bremenſem Epiſcopatum. His diſtincti uocabulis Oſtraga, Ruſtrij, Manga, Dieſmeri, Herloga, Nordi atq; Morſeti. Et hi ſeptem pagi Eccleſias tenent circiter L. Hanc Freſiæ partem à Saxonia dirimit palus quæ Valpinga dicitur & Virrohe fluuij oſtia, à reliqua Freſia palus Eimſgoe, terminat & mare Oceanum.

Villehadus primus Epiſcopus Bremenſis ordinatus Anno Domini 788. 3. Idus Iulij.

vtiliter inſtruendo, interim plantet & riget, quouſq; precibus ſanctorum ſuorum exoratus incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam venerabilis vir Serenitati noſtræ, eam quam diximus Parochiam, propter Barbarorum infeſtantium pericula: Seu varias euentus, qui in ea ſolent contingere, ad ſuſtentacula ſiue ſtipendia Dei ſeruorum, inibi Deo militantium, minimè ſufficere poſſe. Quamobrem, quia Deus omnipotens in Gente Freſonum, ſicut & Saxonum, oſtium Fidei aperuit; partem prænominatæ Regionis, videlicet Freſiæ, quæ huic contigua Parochiæ eſſe dignoſcitur, eidem Bremenſi Eccleſiæ ſuoq; prouiſori Villehado Epiſcopo, eiuſq; ſucceſsorib. perpetualiter delegauimus retinendã.

Bona Eccleſiæ Bremenſis aucta à Carolo Magno.

Et quia caſus præteritorum, cautos nos faciunt in futurum, ne quis (quod non optam) aliquam ſibi in eadem Diocœſi vſurpet poteſtatem, certo eam limite fecimus terminari; eiq; hos terminos, Mare Oceanum, Albiam fluuium, Liam, Steinbach, Haſalam, Vimarcham, Sneidbach, Oſtam, Mulinbach, Motam, Paludem, quæ dicitur Sigefridiſmoer, Quiſtinam, Chiſemmor, Aſchroch, Viſebroch, Biuernam; Vternam, iterumq; Oſtam. Ab Oſta verò Bicinam vſquequo perueniatur ad Paludem, quæ dicitur Chaltenbach. Deinde ipſam Paludem, vſq; in Vemnam fluuium. A Vemna verò Bricinam, Farſtinam vſq; in Viraam fluuium.

Caſus præteritorum faciunt cautos in futurum.

Termini & limites Eccleſiæ Bremenſis.

ientali parte eiuſdem fluminis, viam publicam, quæ dicitur Heſſeuech, Sturmegöe & Lorgöe diſterminantem Sethbaſam, Alapam, Chaldhoua, iterumq; Virraam. Ex Occidentali autem parte viam publicam, quæ dicitur Foluech, Derue & Lorgöe diuidentem vſq; in Huntam fluuium. Deinde ipſum flumen & Amrinum Lucum ſylueſtrem, quem incolæ loci Vildloch nominant, Finolam, Valdeſmor, Bercpol, Eddinriad Paludem Emiſgöe, & Oſtrigoe diſterminantem Bruſtlabo, Biberlach; iterumq; mare, firmos, & intranſgreßibiles circumſcribi iußimus. Et huius donationis ac circumſcriptionis autoritas, noſtris futurisq; temporibus, Domino protegente valeat inconuulſa manere; Manu propria ſubſcripſimus & annuli noſtri impreßione ſignari iußimus.

Signum D. Caroli Regis inuictißimi; Hildibaldus Archiepiſcopus Colonienſis, & ſacri Palatij Capellanus, recognoui. Data pridie Idus Iulij. Anno

Anno Domini 788. Dominicæ incarnationis, DCCLXXXVIII. Indictione XII. Anno autem D. Caroli XXI. Actum in Palatio Nemetenſi fœliciter, Amen.

## CAPVT XI.

### Obitus Villehadi.

Sedit igitur Dominus & Pater noſter Villehadus poſt ordinationem ſuam annos duos, menſes tres, dies XXVI, prædica-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

uitq; tam apud Freſos, quàm apud Saxones, poſt Martyrium S. Bonifacij, omnes annos XXXV. Obijt autem ſenex dierum, in Friſia in villa Pleccazze, quæ ſita eſt in Ruſtris. Corpus eius Bremam deportatum, in Baſilica S. Petri, quam ipſe ædificauit, ſepultum eſt. Tranſitus eius celebratur feſtiuis gaudijs, VI. Idus Nouembris; Ordinatio III. Idus Iulij. Extat vitæ actuum eius inſignis liber, quem ſucceſſor eius IIII. fideli ſtylo exarauit Anſgarius. Ad cuius lectionem, quia nos ad alia properamus, cupientem ſcire tranſmittimus.

Villehadi obitus & ſepultura.

Anno Domini 790.

## CAPVT XII.

Villericus II. Eccleſiæ Bremenſis Epiſcopus, ſuccedit Villehado. Carolus Magnus Eccleſiam in Hamburg extruit, cui Heridagum Epiſcopum præficit.

Villericus II. Epiſcopus Bremenſis.

PRoximum Sancto Villehado ex Diſcipulis eius, Villericum in Bremenſi Eccleſia præfuiſſe legimus, quem alij Villeharium nuncupant, ſeditq; annos quinquaginta, vſq; ad annum Ludouici ſenioris penultimum. Quum verò ſcriptum ſit in libro donationum ſiue traditionum Bremenſis Eccleſiæ, ab anno XXXVII. Caroli vſq; ad XXV. Ludouici præſediſſe Villericum, *XII. anni minus reperiuntur, ab eo quem prædiximus, numero. Et credi poteſt tanto tempore Bremenſem Epiſcopatum

* XIIII.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Ceſſat Epiſcopatus Bremenſis. ceſſaſſe, quemadmodum & alios, propter nouellam gentis Saxonum conuerſionem, qui nondum ſe Epiſcopali ditione patiebantur Regi, maximè cùm nullis ferè annis à bello vacantibus, tandem Saxones ita profligati legantur, vt ex ijs qui incolunt vtraſq; ripas Albis fluminis, X. milia hominum cum mulieribus & paruulis in Franciam tranſlati ſunt.

Saxonum multitudo ingens abducta in Franciam.

Bellum Saxonicum durans 33. annis.

Et hic eſt annus diuturni Saxonū belli XXXIII, quem Hiſtorici Francorum ponunt memorabilem; Scilicet Caroli Imperatoris XXXVII. Quo tempore cum Slauorum quoq; gentes, Francorum imperio ſubijcerentur, fertur Carolus Hamaburgh ciuitatem Nordalbingorum extructa ibidem Eccleſia, Heridago cuidam ſancto viro, quem loci Epiſcopum deſignauit ad regendum commendaſſe: Cui etiam propter infeſtationem Barbaricam, vbi interdum poſſet conſiſtere, cellam Rodnach donauit. Diſponens eandem Hamaburgenſem Eccleſiam cunctis Slauorum Danorumq; gentibus metropolim ſtatuere. In qua re ad perfectum ducenda, & mors Heridagi presbyteri, & occupatio Regni, Karolum Imperatorem, ne deſiderata compleret, impediuit. Legimus in libro donationum Bremenſis Eccleſiæ Villericum Bremenſem Epiſcopum, Tranſalbianis etiam ante Anſgarium prædicaſſe, & Eccleſiam in Milndorp frequenter viſitaſſe, vſq; ad tempus, quo Hamaburg metropolis facta eſt.

Eccleſia prima Hamburgi extructa, Anno Domini 805.

Hinc apparet Hamburgam initio non fuiſſe, cultam atq; munitam.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XIII.

**Bellum inter Carolum Magnum & Godefridum Regem Daniæ exortum, interueniente vtriusq; morte reſtinctum eſt.**

ET quoniam mentionem Danorum ſemel fecimus; dignum memoria videtur quod victorioſiſſimus Imperator Carolus, qui omnia regna Europæ ſubiecerat, nouiſſimum cum Danis bellum ſuſcepiſſe narratur. Nam Dani & cæteri qui trans Daniam ſunt populi, ab Hiſtoricis Francorum, omnes Nordmanni vocantur.

Dani Nordmannorum nomine cenſentur.

Quorum Rex Godafrid, iam antea Freſis itemq; Nordalbingis, Obotritis & alijs Slauorum populis tributo ſubactis, ipſi Karolo bellum minatus eſt.

Godafridus Rex Daniæ.

Hæc diſſenſio, voluntatem Imperatoris vel maximè de Hamaburg retardauit. Tandem extincto cœlitus Godefrido; Heming ſucceſſit, Patruelis eius, qui mox pacem cum Imperatore faciens, Egdoram fluuium accepit Regni terminum.

Hemingus Rex Daniæ.

Nec multò poſt clariſſimus Imperator Carolus obiens, Luduicum filium hæredem imperij reliquit; cuius tranſitus ad ſuperos contigit Anno Villerici XXV. die V ante Kalend: Februarij.

Carolus Magnus obijt Anno Domini 814. die 5. Cal. Februarij.

Qui eorum, quæ hoc capite commemorantur, cognitionem uberiorem expetunt, ij legant Saxonem Gram: lib: 9. & Annales Caroli Magni ab Autemaro conſcriptos, ab Anno Domini DCCXCVIII. ad DCCCXII.

Hic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Carolus Magnus petit Colloquium Regis Daniæ.

Hic Godefridus, quum Saxoniam Danis ſæpe ante ſubiugem, ſibi denuo tributariam feciſſet, ægre tulit Carolum Magnum, trans Albim ſibi in ea aliquid uſurpare iuris. Itaq; miſſa ad eum legatione Carolus, eò rem perduxit, ut in colloquium Sleſſuigæ futurum utrinq; conſenſerint. Verba Annalium placet adſcribere. Saxones Tranſalbiani trucidarunt Godeſcalcum Regis Legatum, quem ille ante paucos dies ad Sigefridum Regem Danorum miſerat. Item, Eodem tempore Godefridus Rex Danorum uenit cum claſſe ſua, nec non omni Equitatu ſui Regni, ad locum qui dicitur Slieſtorp in confinio Regni ſui & Saxoniæ. Promiſerat enim ſe ad Colloquium Imperatoris uenturum, ſed conſilio ſuorum inhibitus, propius non acceßit. Imperator autem ſuper Albim fluuium ſedebat, in loco qui dicitur Holdunſteti, & miſſa ad Godefridum legatione pro perfugis reddendis, medio ſeptembri Coloniam uenit.

Annalium autor nominatur Autmarus ab Aimoino lib. 4.

Hinc apparet Gotricum mare Orientale nauigaſſe atq; eius oſtium Sliam ingreſſum in oppido conſtitiſſe. Carolum autem è regione, maris Occidentalis littora legiſſe, ab Albiq; ſoluiſſe in portu prope Holingſtede commoratum. Is eſt hodie locus à Sleſſuiga diſtans miliaribus duobus. Portus olim celeberrimus & opportunißimus Anglis atq; alijs peregrinis, qui olim ad Emporium Sleſſuicenſe ſuas merces hâc importabant atq; uiciſſem etiam exportabant commodißimè.

Holingſtede, niſi potius uelis Holingſtade, de quo infra ca. 19

Impedito hoc Regum colloquio, ſtatim Rex Gotricus ad firmandum locum prædictum adiecit Animum, quemadmodum eius rei quoq; meminit Autmarus loco prædicto.

Refert quoq; idem autor Hemingum hunc, Regem Daniæ, qui in hoc Capite nominatur, pacem iniiſſe cum Ludouico filio Caroli, Anno Domini 811.

Danceuirck à Rorico conſtructum Anno Domini 808. quod poſtea Thira & Valdemarus I. auxerunt.

## CAPVT XIIII.

### Bellum inter Nepotes Godefridi de Regno Daniæ; quibus ad internecionem pugnantibus ſucceſsit Haraldus Klag.

LVdouicus voluntatem Patris oblitus Prouinciam Tranſalbianam Bremenſi & Ferdenſi Epiſcopis commendauit. A quo tempore

*pore geſta incipiunt S. Anſgarij. Et quoniam Borealium gentium Hiſtoria, noſtram, id eſt Bremenſem Eccleſiam in parte reſpicit, diſpoſui, nec inutiliter, vt arbitror paßim occurrentia tangere Danorum acta.*

Contentio grauis de Regno Daniæ.

*Per idem tempus Hemmingo Rege Danorum mortuo, Sigafrid & Amilo nepotes Gotafridi, cum inter ſe de primatu Regni conuenire non poſſent, prælio ſceptrum diuiſerunt. In qua congreßione XI. millibus hominum interemptis, Reges ambo ceciderunt. Pars Amilonis cruenta victoria potiti, Reginfridum & Haraldum in Regnum poſuerunt. Moxq; Riginfridus ab Haraldo pulſus, claſſem piraticam exercuit. Haraldus cum Imperatore fœdus inijt. Hiſtoria Francorum hæc plenius exequitur.*

Victoria cruenta.

Meminit huius quoq; Sigebertus Anno Domini 811.

Haraldus Klag.

*In diebus illis ſcribitur, quòd Ebbo Remenſis, cum de ſalute gentium, Religionis ſtudio ferueret, legationem ad gentes cum Halirgario ſuſcepit à Paſchaſi Papa, quam poſtea noſter Anſgarius diuina opulante gratia, fœliciter peregit.*

Ebbo Remenſis legatus gentium.

Hiſtoriæ rerum Danicarum, quæ hoc loco attinguntur ſunt admodum intricatæ. Neq; enim domeſticis Hiſtoriis hoc loco abundamus, quod etiam Saxo conqueritur; neq; Annales Francici hoc loco citati, cum autore noſtro congruunt. Ad annum enim Domini DCCCXII, in hunc modum ſubiiciunt.

Nec multo poſt, Hemmingus Danorum Rex defunctus nunciatur, cui cum Sigifridus nepos Godefridi Regis & Amilo nepos Heriholti, quondam Regis, ſuccedere uoluiſſent, neq; uterq; regnare potuiſſet, com-

Anno Domini 812.

paratis copijs & commiſſo prælio, ambo moriuntur. Pars tamen Amilonis adepta uictória, fratres eius Herioldum & Reginfridum Reges ſibi conſtituerunt: Quam neceſſario pars uicta ſecuta, eoſdem ſibi regnare non abnuit, in eo prælio 10940 cecidiſſe narrantur.

Locus obſcurus & intricatus, explicatur.

Qui locus planè non congruit aut cum hoc noſtro Autore aut Hiſtorico noſtro, Saxone Grammatico. Vt autem meam coniecturam, aliorum ſubiiciam iudicio, hoc meum arbitrium tale, breuibus interponam.

Mortuo Hemingo Rege, quum ad lineam Godefridi rediret ſucceſsio ordinaria: orta eſt inter duos ipſius nepotes de Imperio contentio grauis. Siguardus enim natus ex filia Gotrici Siuardo Noruago, à Scanis & Selandenſibus accitus, regio donatus eſt diademate. Ringo autem itidem Gotrici ex filio nepos, Iutorum ope & ſuffragio electus eſt. Is eſt, quem falſo nuncupant Amilonem, quum haud dubie Annulonem latinè dicere uoluerint ueteres. Hi itaq; ad internecionem pro corona dimicantes, ſucceſſores reliquerunt, hic Haraldum Klag, ille Reginfridum ſeu Regnerum Lodbrog. Inter hos fuere certamina continua & magna, ſuperiore tamen exiſtente Regnero. Quemadmodum ex Saxone lib. 9. uberius patet. Huic rei lucem addet Genealogia, quam infrà adiecimus cap. 33.

Annulo Rex non Amilo, idem qui Ringo.

## CAPVT XV.

Corbeia in Saxonia fundatur. Haraldus Klag Dania pulſus à filijs Godefridi, confugit ad Imperatorem & baptizatur.

Corbeia noua Saxoniæ.

ANno Villerici XXXIII. Ludouicus Imperator nouam in Saxonia Corbeiam exorſus, religioſiſsimos Franciæ Monachos ad illud congregauit cœnobium, inter quos præcipuus legitur ſanctiſs. Pater ac Philoſophus Chriſti Anſgarius, uitæ atq; ſcientiæ merito clarus, & omni populo Saxonum acceptus.

Anſgarius uenit in Saxoniam.

Eodem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Eodem quoq; tempore Rex Danorum Haraldus à filijs Gotafridi Regno ſpoliatus, ad Ludouicum ſupplex venit; Qui & mox Chriſtianæ fidei Cathechiſmo imbutus, apud Magunciam cum vxore, fratre, & magna Danorum multitudine baptizatus eſt. Hunc Imperator à ſacro fonte ſuſcipiens, cum decreuiſſet in regnum ſuum reſtituere; dedit ei trans Albiam beneficium. Fratri eius † Heruc, vt tum Piratis obſiſteret, partem Friſiæ conceßit. Quæ adhuc Dani repoſcunt, quaſi legitima iuris ſui.*

Haraldus Klag exul confugit ad Ludouicum. & baptizatur cum Coniuge.

† Erich

Pars Friſiæ Regno Daniæ adiecta ab Imperatore.

Obſeruandum hoc loco, quod ſub filiorum Godefridi nomine ipſius poſteri & nepotes accipiendi ſint. Nulla enim ipſi ſoboles ſupererat hoc tempore, quod ex ſuperioribus clarè liquet.

Hiſtoriam hanc, ex Autemaro referens Aimoinus lib. 4. paullo aliter refert, in hæc uerba. Eodem tempore Harioldus, inquit, cum uxore & magna Danorum multitudine ueniens Maguncíacum, apud Sanctum Albanum cum his quos ſecum adduxit, baptizatus eſt, multisq; muneribus ab Imperatore donatus, per Friſiam, qua uenerat uia, reuerſus eſt. Veritus autem piißimus Imperator, ne ob tale factum negaretur ei habitatio ſoli naturalis, dedit ei quendam comitatum in Friſia, cuius uocabulum eſt Ruiſtri, quo ſe ſuosq;, ſi neceßitas exigeret, tuto recipere poſſet.

Aimoinus Hiſtoricus Francus.

Anno 826.

Contigit hoc Anno Domini 826. quum tamen ante triennium, idem Autor referat Ebbonem Archiepiſcopum Remorum, unà cum legatis Imperatoris, docendi gratia ad terminos Danorum acceßiſſe, & multos ex iis ad fidem Chriſti uenientes baptizaſſe.

Ebo Archiepiſcopus Remenſis concionatur Danis. Anno 823.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XVI.

Anſgarius tranſit in Daniam & Suetiam, & docet cum fructu.

Anſgarius commoratur ad biennium in Dania.

CVm autem nemo doctorum facile poßit inueniri, qui cum illis ad Danos vellet pergere, propter crudelitatem barbaricam, qua gens illa ab omnibus fugitur: Sanctus Anſgarius diuino, vt credimus, ſpiritu accenſus, & qui ad martyrium aliqua occaſione mallet pertingere, cum ſocio ſe vltroneum obtulit Autberto, non ſolùm inter Barbaros, verumetiam in carcerem & in mortem pro Chriſto ire paratus. Itaq; biennium in Regno Danorum commorati, multos ex Gentibus ad fidem conuerterunt Chriſtianam.

Autbertus ſocius Anſgarii.

Anſgarius proficiſcitur in Suetiam.

Inde reuerſi cum denuo ab Imperatore poſtulati eſſent, vltimos Sueonum populos Euangelij gratia tentare; Intrepidus athleta Chriſti Anſgarius, aſſumtis ſecum fratribus Giſlemaro & Vithmaro doctoribus, gaudens peruenit in Daniam. Vbi relinquens Giſlemarum Haraldo, ipſe in Suetiam tranſfretauit cum Vithmaro. Ibi verò benignè à Rege Biorn ſuſcepti, verbum Dei publice prædicare permißi ſunt. Multos itaq; per annum integrum lucrati ſunt Domino noſtro Ieſu Chriſto. In quibus Herigarius Bircæ oppidi præfectus credidit, quem tradunt etiam miraculis & virtutibus inſignem.

Herigarius præfectus Bircæ Sueticæ.

Hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Hac legationis ſuæ proſperitate gauiſi, Corbeiam noui Apoſtoli cum triumpho duarum gentium regreſſi ſunt. Et ô mira omnipotentis Dei prouidentia de vocatione gentium, quam diſponit artifex, vt vult, & quando vult, & per quem. Ecce quod longo prius tempore Villebrodum, itemq; alios, & Ebbonem noluiſſe legimus, nec potuiſſe; nunc Anſgarium noſtrum & voluiſſe & perfeciſſe miramur, dicentes cum Apoſtolo; Rom. 9. non eſt volentis neq; currentis, ſed eſt Dei miſerentis, ergo cui vult, inquit, miſeretur, & quem vult indurat.

## CAPVT XVII.

**Ludouicus Imperator Eccleſiam Hamburgenſem conſtituit Metropolim vicinarum nationum.**

TVnc Imperator cum Magnatibus, S. Anſgario de ſalute gentium congratulatus, ingentes Chriſto gratias perſoluerunt. Habito igitur generali Sacerdotum conſilio, Hamaburg Metropolis, Anno Domini 831. pius Cæſar votum parentis implere cupiens, Hamaburg Ciuitatem Tranſalbianorum, Metropolim ſtatuit omnibus Barbaris nationibus, Danorum, Sueonum, itemq; Slauorum, & alijs coniacentibus in circuitu populis. Eiq; Cathedræ primum Archiepiſcopum ordinari fecit Anſgarium.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Hoc factum eſt Anno Domini DCCCXXXII. qui eſt Ludouici Imperatoris XVIII. Villerici Bremenſis Epiſcopi XLIII. Conſecratus eſt autem à Drogone Metenſi Epiſcopo, Cæſaris fratre germano, aſtantibus atq; fauentibus Odgario Moguntienſi, Ebbone Remenſi, Heddi Treuirenſi, & alijs, conſentientibus etiam Villerico Bremenſi, & Helingaudo Ferdenſi Epiſcopis, quibus antea Diœceſis illa commendata eſt. Roborante id Papa Gregorio IIII. Apoſtolica autoritate & Pallij donatione.

Anſgarius præficitur cathedræ Hamburgenſi.

Habentur in Eccleſia Bremenſi præcepta Imperatoris, & Priuilegia Papæ, S. Anſgario data, in quibus hoc quoq; vna continetur, quandam ei cellam in Gallia Turoltz vocatam, ad ſuplementum legationis à Cæſare conceſſam. Anno Domini DCCCXXXIIII. Actum indictione XII. qui eſt Ludouici XX.

Thuroltz in Galliis donata Anſgario.

## CAPVT XVIII.

Anſgarius reuiſit Danos & Suecos, vnà cum Ebbone & Gaudberto comminiſtris ſuis.

Anſgarius redit in Daniam.

ANſgarius autem nunc Danos, nunc Transalbianos viſitans, innumerabilem vtriuſq; gentis multitudinem traxit ad fidem. Si

quando

*quando verò perſecutione Barbarorum impeditus eſt à ſtudio prædicandi; apud Thuroltz, ſe cum Diſcipulis retinuit. In adiutorium prædicationis dàtus eſt Ebbo Remenſis, de quo antea diximus. Hic ſeu fatigatione itineris, ſeu corporis debilitate impeditus, ſiue potius occupatione ſeculi delectatus, Vicarium pro ſe dedit Anſgario Nepotem Gaudbertum. Quem ipſi ambo conſecrantes Epiſcopum vocarunt eum Simonem, eumq́ diuinæ gratiæ commendatum, in Sueoniam miſerunt.*

Ebbo Remenſis, de quo ſupra.

Gaudbertus nepos Ebbonis.

*Hæc in vita S. Anſgarij copioſè deſcripta, nobis ad breuiandum, locum præbuerunt; verùm quòd diſtinctio temporum ibi obſcura eſt, pleraq́ ab alijs ſcriptis congruentia tempori mutauimus. Nunc ad cætera, vnde incepimus, regrediamur.*

## CAPVT XIX.

Villericus peracto ſtrenui & fidelis Paſtoris officio, plenus dierum, in fata concedit.

*Interea Villericus Bremenſis Epiſcopus Diœceſim ſuã ſollicitè circumeundo, gentiles baptizando, & fideles in Chriſto confortando, ſtrenui prædicatoris officiũ peregit. Eccleſias*

Villerici diligentia & aßiduitas.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

vbiq; per Epiſcopium congruis erexit in locis. Tres verò Bremæ, quarum primam ſcilicet domum S. Petri, de lignea lapideam fecit: & corpus S: Villehadi exinde tranſlatum in Auſtrali, quod fecit, Oratorio recondidit. Quod etiam ſcriptor vitæ eius noluit præterire. Narrantq; poſteri hoc factum pro timore Pyratarum, qui propter virtutem miraculorum, confeſſoris noſtri corpus auferre maluerunt.

Eodem tempore fertur Beatus Anſgarius corpora Sanctorum, quæ dono Ebbonis Archiepiſcopi ſuſceperat, trans Albiam deportaſſe; & corpus quidem Matrimani, apud Helingſtad repoſuit, Xiſti verò & Signini cum aliorum Martyrum patrocinijs in vrbe collocauit Hamaburg. Beati verò Remigij Chimilia cum decenti honore ſeruauit Bremæ.

Helingſtad.

Villericus igitur clerum maximum collegit, de populo verò magnam Eccleſiæ Bremenſi hæreditatem acquiſiuit. In diebus ſuis Carolus Eleemoſynam obtulit Saluatori ad Bremenſem Eccleſiam, C. manſos. Scriptum eſt in lib. Donationum III. Cap. I. Vbi etiam crebrò verſu hoc repetitur, ſacroſanctæ Baſilicæ, quæ conſtructa eſt in honore S: Petri Apoſtoli, in loco ſeu villa publica nuncupata Brema; Vbi Villericus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei præeſſe videtur. Qui obijt ſenex & plenus dierū, An: Dni: DCCCXXXIX.

Obitus Villerici Anno Domini 839.

Qui

*Qui eſt annus Ludouici XXV. & penultimus. Sepultusq́ eſt in Domo S. Petri à parte Altaris Aquilonarj, IIII Nonas Maij.*

## CAPVT XX.

Leudericus Villerico ſucceſſit, Anſgarius ſtrenuam nauat nouellæ Eccleſiæ plantationi operam, & Thuroltz Viſitat in Gallijs.

*LEudericus ordine tertius, ſedit annos VIII. Eius annos cum pro certo ſcire non poſſumus, ex eodem libro Traditionum diſcimus, & Villerici Diaconum fuiſſe, & ſediſſe vſq; ad annum Ludouici iunioris VI, Capitulo LVIII ſcriptum. Hunc etiam tradunt Superbum fuiſſe, quod exinde conijci poteſt, quia ſe aliquando cuſtodem, aliquando Paſtorem Bremenſis Gregis gloriatur.*

*Leudericus III. Epiſcopus Bremenſis.*

*Leuderici Arrogantia.*

*In diebus illis, S. Pater noſter Anſgarius legationem ſibi creditam vtiliter executus, apud Hamaburg nouellæ plantationi inſudauit, doctrina oris, & opere manuum exercens Eccleſiam. Sæpè etiam Monaſterium Galliæ, quod dono Cæſaris poſſedit, Thuroltz viſitans, Fratribus ibidem Deo militantibus, ſalutaris regulæ tramitem verbo exemploq́ monſtrauit. In quorum nobili contubernio, iam tum à puero S: effulſit Rimbertus. Quem S. Pater Anſgarius adoptans in Filium, prophetico ſpiritu, quo plenus erat, longè ante*

*Thuroltz.*

*Rimbertus declaratus ſucceſſor Anſgarij.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*prædixit illum, ſuæ virtutis æmulum, & in cathedra Pontificali ſuccedere, gratiaq; meritorum in cœleſti Regno conſortem fore. In qua re, prouidentia omnipotentis Dei, quæ olim Heliæ ſubſtituit Heliſeum, in Rimberto non feſellit Anſgarium.*

## CAPVT XXI.

Nordmanni Friſiam depopulati, Hamburgam incendio vaſtant. Herigarius Bircæ præfectus claret miraculis.

**Nordmannorum piratarum excurſio in Germaniam.**

*INterea Nordmanni pyraticis excurſionibus vſquequaq; degraſſati, Friſones tributo ſubijciunt. Eodem quoq; tempore per Rhenum vecti coloniam obſederunt. Per Albiam verò Hamburg incenderunt. Inclyta ciuitas tota aut præda aut incendio diſperijt. Ibi Eccleſia, ibi Clauſtrum, ibi Bibliotheca ſummo collecta ſtudio conſumta eſt. Sanctus Anſgarius, vt ſcribitur, cum relliquijs Sanctorum Martyrum nudus euaſit. Excidium Hamaburg Hiſtoria Francorum non tacet, & Priuilegia Romanorum. Hoc, vt aiunt, factum eſt, Anno Ludouici ſenioris nouiſſimo.*

**Hamaburg vaſtata, Anno Domini 840.**

*Tunc quoq; Gaudbertus Epiſcopus zelo Gentilium, à Sueonia depulſus, & Nithardus Capellanus eius Martyrio coronatus eſt cum alijs. Et inde Sueonia caruit Sacerdotali præſentia ſeptennio. Quo tempore*

*Anundus*

Anundus Regno pulſus, in Chriſtianos perſequutionem habuit. Herigarius Bircæ præfectus Chriſtianitatem ibi ſolus ſuſtentauit. Qui etiam tantam fidei gratiam meruit, vt potentia miraculorum & exhortatione doctrinæ, multa Paganorum milia ſaluarit. Scriptum eſt in actibus B. Anſgarij.

Herigarius Bircæ præfectus claret miraculis.

## CAPVT XXII.

### Diſſenſio & Reconciliatio filiorum Ludouici Imperatoris, à patris obitu.

ANno Leuderici Bremenſis Epiſcopi III. Ludouicus Imperator obijt. Regnum in contentione remanſit. Multa inter fratres diſcordia, bellum maximum, in quo, vt Hiſtoria teſtatur, omnes Francorum vires conſumtæ ſunt. Diſcordiæ inuentor Ebbo, qui & ſuprà filios in patrem armauerat; & nunc fratres inteſtina ſeditione concitauerat. Proinde conſpirationis accuſatus à Papa Gregorio depoſitus eſt; Sed alijs hoc criminantibus, alijs rectè factum aſtruentibus, veritatem nos in medio relinquimus: Præſertim cum à S. Patre noſtro Anſgario, ea dilectione, quam ab initio ſecum habuit, vſq; in finem habitus fuerit. Lege in vita eius in Capitulo, Rhaban de fama Ebbonis ambigua.

Diſcordia inter filios Imp. Ludouici de Imperio.

Ebbo Diſcordiarum Autor inter filios Ludouici.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Tandem mediante Papa Sergio pax inter fratres conuenit: Regnum diuiſum eſt in tres partes, ita vt Lotharius maior natu Romam cum Italia, & Lotharingiam cum Burgundia poſsideret. Ludouicus Rhenum cum Germania regeret. Carolus Galliam. Pipinus Aquitaniam. Hac inter Fratres ſortita Regni diuiſione, Thuroltz Monaſterium conceſsit in partem Caroli, & ſic alienatum eſt à iure Sancti Anſgarij.

Thuroltz abalienatur ab Ecclesia Hamburgenſi.

Thurolitz Monaſterium eſt Franciæ nobiliſsimum, pro quo recuperando uetus eſt querela Eccleſiæ noſtræ pontificibus.

## CAPVT XXIII.

### Diligentia Anſgarij commendatur.

AT ille in paupertate ſua Deum glorificans, verbum Dei, cuius legatione functus eſt, tam ſuis quam alienis infatigabiliter ſeminauit. Vnde contigit, vt prædium, quod Ramſola dicitur, à quadam venerabili Matrona ſuſceperit nomine † IKIA. Hic locus in Epiſcopatu Verdenſi poſitus, ab Hamaburg diſparatur tribus raſtis. Ibi Sanctus Dei, cœnobium conſtituens, reliquias Sanctorum confeſſorum Sixti & † Sinicij, locauit, & alia Patrocinia, quæ ab Hamaburg portauit fugiens. Ibi Gregem profugum collegit, & depulſos à gentilibus ſocios retinuit in eo portu. Ab eo loco Hamaburgenſem

Ramſolenſe cœnobium.

† IBIA.

† ſupra Signini.

genſem Eccleſiam viſitans, Nordalbingos in fide confirmauit, quos antea perſecutio turbauit.

Tum quoq; ne Legatio Gentium ſua quapiam tarditate frigeſceret, prædicatores miſit in Daniam; Hergarium verò Eremitam direxit in Sueoniam. Fertur etiam Bremam veniſſe; atq; ab Epiſcopo loci, qui doctrinæ atq; virtutibus eius inuidit, depulſum eſſe.

Poſthac Leudericus Bremenſis Epiſcopus obijt, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Petri ab auſtrali parte Altaris. Deceſſit autem VIII. Kal: Septembris. Eccleſia diu viduata permanſit. Obitus Leuderici.

## CAPVT XXIIII.

Poſt obitum Leuderici, vnita eſt Eccleſiæ Hamburgenſi, Bremenſis, vtriq; præfuit Anſgarius.

TVnc Ludouicus pius Cæſar inclytus, Hamaburgenſis Eccleſiæ deſolationem miſeratus, venerabili Anſgario contulit Bremenſem Epiſcopatum. At ille quamuis Canonum decreta non ignoraret, quibus cautum eſt, vt Epiſcopus qui à ſua ciuitate perſequutionem paſſus, expellitur, in alia vacante recipiatur; Tamen ne pro inuidia cæteri ſcandalizarentur, Cæſari ſuper hac re diu reſtitit. Poſtremo ſi abſq; fratrum querela fiere poſſet, tum ſolummodo conſenſit. In vita noſtri Antiſtitis hæc pleniſſimè Bremenſis Eccleſia unitur Hamburgenſi inuito fere Anſgario.

niſsimè deſcribuntur. Obſcurè verò notatur tempus, quod liber donationum ſignificat apertius. Anno ſcilicet Ludouici ſecundi IX. Dominum Anſgarium ab Abdarico Clerico, & Comite Reginbaldo legatis Cæſaris, ductum in Epiſcopatum. Scriptum eſt in lib. III. CAP. XX. Et in vita eius hæc; Multum, inquit, temporis fluxit, ex quo Beatus Anſgarius Bremenſem Epiſcopatum ſuſcepit, antequam hoc à Papa Nicolao confirmaretur.

Anno Domini 847.

## CAPUT XXV.

Anſgarius tranſit Bremam, & inde in Daniam: vbi Regem Ericum ad Fidem chriſtianam conuertit. Qui Eccleſiam Sleſuicenſem, omnium primam in Dania extruxit.

Anſgarius redit in Daniam.

SAnctus itaq; Anſgarius receptis Bremis, Annos XVIII. ſedit. Nam antea in Hamaburgenſi Cathedra præfuit Annis XVI. Qui fiunt ſimul XXXIIII. Hoc regalis munificentiæ dono, confeſſor Dei valde gauiſus in Daniam feſtinauit. Vbi Regem Ericum inueniens, Chriſtianum reddidit. Is etiam Eccleſiam in portu maritimo erexit, apud Slaſuich, data pariter licentia, vt quiſquis vellet in Regno ſuo, Chriſtianus fieret.

Ericus cognomento puer, Rex Daniæ, conuertitur ab Anſgario. An: Dn: circiter 848.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*fieret. Infinita Gentilium credidit multitudo. De quibus hoc in libris memoriale relictum eſt; Plures vt aqua Baptiſmi loti ſunt, ab omni corporis infirmitate liberatos.*

Curriculum docendi B. Anſgarij.

Ad curriculum B. Anſgarij quod attinet, fuit illud à primo eius introitu in Eccleſiam Hamburgenſem ad uitæ exitum, Annorum 34. Nam præfuit ſeorſim Hamburgenſi Eccleſiæ primum Annis 16. Poſtea Bremenſi quoq; ſeorſim Annis 12. fermè. Poſtremo utriq; unitæ Annis 6. Qui ſimul iuncti conſtituunt Annos 34.

Duo Erici Reges Daniæ cognomines.

Ad res uerò Danicas quod attinet, quas Autor noſter hoc loco attingit, ſciendum, Duos Ericos Reges in Dania rerum potitos, tempore huius curriculi Anſgarij. Primus erat Frater Haraldi Klag. Is ſceptrum Erico filio Siguardi delatum, ad ſe ui rapuit, ſed ut ſunt uiolenta minus diuturna, breui poſt à Guthormo nepote ſuo ex fratre cæſus, uita pariter & Regno ſpoliatus eſt. Redijt itaq; Imperij dignitas ad Ericum filium Siguardi, nepotem Regneri, cuius ſuprà meminimus. Is filiam Guthormi duxit, & erat ætate admodum tenera, quum primum Regni ſuſciperet adminiſtrationem. Qua etiam de cauſa cognominatus eſt puer. Quod ideo hoc loco admonendum duxi, ut utriuſq; Regis temporibus concionatum eſſe in Dania Anſgarium ſciamus. Quum unius ſaltem tempore ipſum hic docuiſſe indicet Saxo. Quum tamen manifeſtum ſit ex hoc & 28. Capite ſequenti, de diuerſis Regibus eiuſdem nominis fieri mentionem; & prioris quidem opera ac ſtudio, Templum Sleſuicenſe, alterius uerò à Paganiſmo ad fidem conuerſi, zelo, Ripenſe primum fundatum atq; erectum, quod paulo ante obitum B. Anſgarij contigiſſe apparet ex narrationibus ſequentibus Anno Domini circiter 860.

Templum Sleſuicenſe erectum Anno Domini circiter 848.

Ripenſe Templum erectum Anno Domini circiter 860.

CAPVT

## CAPVT XXVI.

**Anſgarius iterum ductu Regis Daniæ, traijcit in Succiam, & populum cum Rege traducit ad relligionem Chriſti.**

*QVibus rebus ex voto completis, dum adhuc Sanctus Dei pro Gente Sueonum æſtuare cœpiſſet; cum Gaudberto Epiſcopo conſilium habuit, quis eorum laudabile pro Chriſto periculum ſubiret. At ille periculum ſponte declinans, Anſgarium potius vt iret rogauit. Extemplo Athleta intrepidus Herici Regis miſſum rogauit atq; Sigillum; & à littore Danorum transfretans in Sueoniam peruenit, Vbi tunc Rex Olaph, apud Bircam, generale populi ſui habuit placitum. Quem præueniente miſericordia Dei, ita placatum inuenit, vt eius imperio, & populi conſenſu, & iactu ſortis, & Idoli reſponſo, Eccleſia ibidem fabricata, & Baptiſmi licentia omnibus conceſſa ſit.*

Anſgarius traijcit in Suetiam.

Birca.

*His etiam ex ſententia finitis, Euangeliſta noſter Eccleſiam Sueonum, Erimberto commendauit præſbytero, & redijt. Quæ in vita S: Anſgarij latiſſima geſtorum narratio deſcripta, nos, breuitate nitentes, amputauimus. Et niſi fallit opinio, prophetiæ Ezechielis de Gog & Magog, conuenientiſſimè hic impleta videtur. Emittam, inquit Dominus, ignem in*

Erimbertus Euangeliſta Suetiæ.

Ezech. 39.

Magog,

*Magog, & in his qui habitant in Inſulis confidenter. Aliqui hæc & talia de Gothis, qui Romam cœperant dictum arbitrantur. Nos verò conſiderantes Gothorũ populos, in Sueonia regnantes, omnemq́ hanc Regionem paſſim in Inſulas diſpertitam eſſe; Prophetiam eis opinamur poſſe accomodari: cùm præſertim multa prædicta ſunt à Prophetis, quæ nec dum videntur completa.*

## CAPVI XXVII.

### Archiepiſcopus Hamburgenſis, iugo Clientelæ Colonienſis liberatur, & noua inſuper accipit à Romano Pontifice Priuilegia.

*INterea quæſtio magna ſurrexit in Regno Francorum, de Bremenſi Epiſcopatu, ad inuidiam Anſgarij conflata. Ea contentio diu per Regnum, graui & ancipiti diſſenſione profligata, multis partium ſtudijs, collidebatur. Tandem orthodoxus Cæſar Ludouicus, compoſitis hinc inde contradicentium voluntatibus, præcipuè Guntharij Colonienſi Archiepiſcopi, cuius ſuffraganea prius erat Brema. Super his Romam direxit, ad ſanctiſſimum Nicolaum Papam. Ille, quòd Eccleſiaſtica neceſſitas perſuaſit, & quod Patrum concilijs rationabiliter fieri poſſe comprobatum eſt, facilè conſenſit. Ergò Bremenſem & Hamaburgenſem Epiſcopatum, autoritate Apoſtolica copulari, & deinceps ſanxit pro vno haberi.*

Contentio de Bremenſi Epiſcopatu, inter Colonienſem & Hamburgenſem

Bremenſis & Hamburgenſis Eccleſiæ unitæ, Anno Domini 858.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Cuius rei Priuilegia diligenter conſeruantur in Bremenſi Eccleſia, quibus etiam additum eſt, quod idem Papa Nicolaus, tam ipſum Anſgarium, quàm ſucceſſores eius, Legatos & Vicarios Apoſtolicæ ſedis conſtituit in omnibus gentibus Danorum, Sueonum, atq; Slauorum, quod & antea Gregorius Papa conceſſit. Igitur Bremenſis & Hamaburgenſis Parochiæ coadunatio facta eſt, vltimo tempore S. Anſgarij. Vitæ eius annum non ponit. Præceptum autem Regis ponit annum Regni XXI. Priuilegium Papæ, notat annum Domini DCCCLVIII. qui eſt ab ordinatione Archiepiſcopi XXIX.

## CAPVT XXVIII.

Bellum geſtum inter Guthormum & Ericum Regem Daniæ, quibus ſucceſsit Ericus cognomento puer; Qui fidem Chrſti ſuſcipiens Eccleſiam Ripenſem à primis extruxit fundamentis.

Hic eſt Ericus puer, cuius ſuprà capit. 25. meminimus

Accidit hoc Anno 853.

POſthæc ſcribitur in vita S. Antiſtitis, qualiter in Daniam veniens iuniorem Ericum in Regno repperit. Cui tempori congruit Hiſtoria Francorum, quæ ſic de Danis meminit. Nordmannos per Ligerim Turones ſuccendiſſe, per Sequanam Pariſios obſediſſe. Carolum timore compulſum, terram eis dediſſe ad habitandum, Lotharin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Lotharingiam. Deinde, inquit, vaſtata & ſubacta* Nordman-
*Freſia, in ſua victrici conuerſos viſcera dextra. Con-* ni uaſtant
*tendentibus namq; ad inuicem ✝ Gudurin Principe* Galliam.
*Nordmannorum cum Patruo, ſcilicet Rege Danorum,* ✝ Gu-
*Erico; tanta cæde mactati vtrinq; ſunt, vt vulgus om-* thorm.
*ne caderet. De ſtirpe autem Regia nemo omnium rema-*
*neret, præter vnum puerum, nomine Hericum.*

*Iſte, mox vt Regnum Danorum ſuſcepit, in-*
*genito furore ſuper Chriſticolas efferatus, Sacerdotes* Id accidiſ-
*Dei expulit, & Eccleſias claudi præcepit. Ad quem* ſe circa
*Sanctus Dei confeſſor Anſgarius venire non trepi-* An: Dn: 860 ſu-
*dans, comitante gratia diuina, crudelem Tyrannum ſic* prà indi-
*placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet,* catum eſt.
*ſuisq; omnibus, vt Chriſtiani fierent, per edictum man-* Templum
*darit, & inſuper in alio portu Regni, apud Ripam, ex-* Ripenſe
*truxerit Eccleſiam in Dania ſecundam.* conditum.

Nordmannorum gentem, Danicam fuiſſe, nulli poteſt eſſe dubium. Nordman-
Quod & profectiones ipſæ, & ſermo quoq; ſatis teſtantur. De incur- ni Dani.
ſionibus eorum Gallicis, qui certi aliquid cognoſcere uelit, is præter alios,
legere poteſt Reginonem Abbatem Prumienſem. Aſſerit ille, ter eos ob- Regino
ſediſſe urbem Pariſiorum, interiecto inter ſingulas obſidiones temporis Prumienſis
ſpacio exiguo. In priori hoc accidit, quod referemus, ſtratagema memo- lib. 2.
rabile. Miſerat ad ſoluendam obſidionem Imperator Carolus, exercitum
ſuum Duce Henrico quodam, uiro nobili & ſtrenuo. Is propius ſolebat Stratage-
hoſtium caſtra frequentius accedere, ut & quid ipſi agerent & qua ra- ma Nord-
tione in ipſos ageret, exploraret. Id quum animaduerterent Nordman- manno-
ni, foueas foderunt in circuitu caſtrorum, quæ latitudinis erant pedis u- rum.
nius, profunditatis uero trium. Has ſtipula & puluere cooperuerunt ne



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Accidit hoc Anno Domini 887.

ab hoſtibus facilè deprehendi poſſent. Itaq; quum ex more, Henricus Dux exercitus Gallici, circa Nordmannorum caſtra obequitaret ſpeculabundus, obuios habuit eorum paucos, qui dedita opera cum ipſo uelitare cœperunt atq; tantiſper cum dubia fuga ludificarunt, donec collapſo in foueam ipſius equo, ipſum pariter luctantem atq; ſurgere annitentem obtinuerint. Erant tum uniuerſæ in iſto loco, Nordmannorum copiæ ad bellatorum millia triginta.

## CAPVT XXIX.

### Studium Anſgarij in viſitando proprias Eccleſias, ſi quando à peregrinationibus ceſſauit.

Rimbertus primus in Eccleſia Ripenſi Doctor.

ET his Eccleſiaſtico ordine compoſitis, Beatus Pater noſter Eccleſiam illam Rimberto commendauit Preſbytero. Et reuerſus eſt ad Hamaburg, vbi de venditione Chriſtianorum Nordalbingos correxit. Inde Freſos adiens, caſtigauit eos pro labore Dominici diei. Pertinacius verò agentes, igne cœleſti multauit. Et alia, quæ antiquis miraculis non imparia, leguntur, in vita eius.

Congregationes ſeu cœnobia tempore Anſgarij.

Et quoniam totum ſtudium eius erat, pro ſalute animarum, ſi quando à prædicatione gentilium foris liber erat; domi congregationum ſuarum curam egit. Quarum primam, quæ ab Hamaburg olim Barbarica incurſione depulſa eſt, ipſe, vt prædiximus, ad Ramſolas tranſtulit. Secundam in Bremis habuit Sanctorum virorum, qui habitu quidem vſi Canonico, regula viuebant monaſtica, vſq; ad noſtri ferè temporis ætatem.

Tertiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Tertiam ſanctarum Virginum congregationem in Luximon adunauit; Vbi deuota Chriſti Matrona Liudgaard, totum patrimonium ſuum offerens cœleſti ſponſo, magnum chorum caſtitatis, ſuo ducatu nutriuit.*

## CAPVT XXX.

Diligens cura pauperum habita ab Anſgario.

*AD curam autem pauperum, & ſuſceptionem peregrinorum multis locis Hoſpitalia præparauit. Vnum autem quod præcipuum habuit Bremæ, vbi per ſeipſum quotidie veniens infirmis non erubuit miniſtrare. Quorum plurimos dicitur verbo vel tactu ſanaſſe.* Anſgarij cura pro pauperibus.

*Ipſe retranſtulit corpus S. Villehadi, in matricem Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, ab illo Auſtrali oratorio, quo deportatum eſt à Villerico. Et tunc facta ſunt illa miracula, quæ per meriti Sancti Villehadi, populo oſtenſa ſunt, ab Anno Domini DCCCLXI. Qui eſt Annus ab ordinatione Epiſcopi XXX. Ipſe enim qui tranſtulit & vitam & miracula eius ſingulis libris comprehendit. Siq; temporum ſeriem diligenter computemus, ipſum eſt tempus, quo in Saxoniam tranſlatio S. Alexandri contigit. In qua illud memorabile videtur, confeſſorem noſtrum cum Aduena martyre* Anno Domini 861.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

certaſſe, quis eorum videretur eſſe maior, & in gratia ſanitatum populis acceptior. Eginhardus in geſtis Saxonum, hæc dulci Calamo proſequitur.

## CAPVT XXXI.

Anſgarius pia ſollicitudine pro Eccleſijs, literis agit apud Principes & Epiſcopos; & functus præclarè 34. Annis officio, migrat à ſeculo.

Vigilantia Anſgarii.

INterea Beatus Anſgarius captiuos redimendo, tribulatos refouendo, erudiendo domeſticos, Barbaros euangelizando, foris Apoſtolus, intus Monachus, nunquam legitur otioſus. Nec ſolùm erga ſuos, verumetiam alienos, quomodo viuerent, ſollicitus. Epiſcopos etiam tam voce quàm literis, vt vigilarent ſupra dominicum gregem, hos arguit, illos obſecrauit.

At verò Regibus Romanorum pro ſua legatione; Regibus Danorum, pro Chriſtiana fide, crebrò mandauit. Extant Epiſtolæ eius plures huiuſmodi. Vnam verò quam ſcribit omnibus Epiſcopis de legatione ſua, quam ab Ebbone orſam aſſerit, ita claudit. Deprecor, inquit, vt apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio creſcere, & fructificare mereatur in Domino. Iam enim, Deo propitio, & apud Danos & apud Sueones fundata eſt Eccleſia Chriſti, & Sacerdotes abſq;

probibi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

probitione, proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes huius operis pia beneuolentia participes, & in cœleſti gloria Chriſti cohæredes.

Superuixit autem poſt illam plenariam Hamaburg & Bremæ copulationem, Annos VII. Sedit Annos omnes XXXIIII. Cuius depoſitio ſumma veneratione colitur III. Non: Feb: Obijt Anno Domini DCCCLXV. Indictione XIII. Qui eſt Ludouici II. XXVI. Sepultusq́ eſt in Baſilica S. Petri ante Altare Sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Eadem die qua ipſe commendatus eſt, Rimbertus Diaconus eius, à Clero ſimul & populo electus eſt. Qui etiam vitam S. Patris veridico ſermone deſcribens, more B. Iohannis, quaſi de alio ſcribens, innuit ſe fideliſſimum eius Diſcipulorum, teſtimonium perhibere ſanctitati, quam cognouerat in viro Dei. Hunc librum ille ad fratres cœnobij direxit nouæ Corbeiæ, beatificans illos, quòd talem miſerint, & nobis congratulans, quod talem ſuſcipere meruimus Paſtorem.

Obitus B. Anſgarii Anno Domini 865.

Rimbertus ſucceſſor Anſgarii, ſcripſit librum de uita eius.

## CAPVT XXXII.

Rimbertus ſucceſsit Anſgario.

SAnctus Rimbertus ſedit Annos XXIII. Annos & obitum deceſſoris ſui reperimus in quodam computo à Corbeia delato. Cæterùm vita eius à fratribus eiuſdem Cœno

Rimbertus II. Archiepiſcopus Hamburgenſis.

bij ad noſtros data, Quis fuerit, & qualiter vixerit, breuiter & dilucidè comprehendit. Mox, inquit, vt electus eſt à Theodorico Mindenſi Epiſcopo, & Adalgario Abbate Corbeienſi, iuſſu Cæſaris Moguntiam ductus eſt. Vbi à clariſſimo Pontifice Liuberto conſecratus; Corbeiam venit veſtemq́; ſuſcepit cum profeſſione Monaſtica. Cui Adalgarius Abbas Germanum & æquiuocum ſuum conceſſit Adalgarium. Qui poſtea & ſocius prædicationis, & hæres meruit eſſe dignitatis. Pallium Pontificale ſuſcepit à Papa Nicolao. Ferulam Paſtoralem à Cæſare Ludouico, ſicut in Priuilegijs dignoſci poteſt. Quæ autem ſequuntur ex libro vitæ eius diſcerpſimus, Cap. XVI.

Adalgarius ſocius prædicationis Rimberti.

## CAPVT XXXIII.

Commendatur diligentia Rimberti in legationis ſuæ officijs. Qui Reges Danorum hoc tempore extiterint, indicatur ex Hiſtoria Francorum.

Diligentia Rimberti in legationis ſuæ officiis.

PRæterea legationis ſuæ officium, quod ad prædicandum Gentibus verbum Dei, primitus à deceſſore ſuo ſuſceptum eſt, & poſtmodum ſibi iure ſucceſſionis, quaſi hæredirium prouenit, impigrè executus eſt. Ipſe quidem per ſe quoties occupationes aliæ ſineret, eidem legationi inſiſtens, ſemper autem conſtitutos habens Præſbyteros,



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*per quos & verbum Dei gentiles audirent, & ſolatium captiui Chriſtiani haberent, ad Eccleſias inter ipſos Paganos longè conſtitutas, quodq; grauiſsimum erat marinis diſcriminibus adeundas. Quæ diſcrimina ipſe frequentius ſuſtinens, cum Apoſtolo ſæpè naufragium pertulit, ſæpè & alia pericula ſuſtinuit, ſpe futuræ beatitudinis, omnia præſentis vitæ aſpera leniens, illudq; Apoſtolicum continua meditatione reuoluens; Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Pericula quæ Rimbertus ſuſtinuit in munere ſuo.

Rom. 8.

*Qui Reges Danorum ſuo tempore fuerint; non inuenitur in geſtis eius. In Hiſtoria Francorum Sigafrid cum fratre Haldan regnaſſe leguntur. Qui etiam munera Ludouico Cæſari, miſerunt gladium Vcz, Capulo tenus aureum, & alia, pacem rogantes. Et miſsis vtrinq; ad Egdoram fluuium mediatoribus pacem firmam, ritu gentis, per arma iurauerunt. Erant & alij Reges Danorum vel Nordmannorum, qui Pyraticis excurſionibus eo tempore Galliam vexabant. Quorum præcipui erant, Horich, Orduig, Godafrid Rodulff & Inguar Tyranni. Scriptum eſt in geſtis Francorum, Crudeliſsimus omnium fuit Inguar, filius Lodparchi, qui Chriſtianos vbiq; per ſupplicia necauit.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Quæ hoc loco de Regibus Daniæ commemorantur, ſecus ſe habent. Quod ut facilius conſpiciatur, aſcribemus huc ex Saxone noſtro Danico Genealogiam Regum, libro nono præfixam.

Genealogia Regum Daniæ, tempore Rimberti, ab Anno Chriſti circiter 800. ad Annum 863.

Gormo

- N
  - Hemmingus
- Gotricus ſeu Godefredus
  - II Olaus
    - Ringo ſeu Annulo, ex quo
      - 1 Haraldus Klag.
        - Guthorm.
      - 2 Ericus
      - 3 Hemmingus
  - I Huius filia nupta Siguardo Noruago.
    - Siguardus qui cum Ringone conflixit.
      - Regnerus cognomento Lodbrog, alias dicitur Reginfridus.

Huius filij ſunt qui hoc capite nominantur, quiq; continua bella cum Haraldo Klag geſſerunt.

1 Iuarus, qui patri in Anglia ſucceßit, hic dicitur Inguar.
2 Ericus, quem Autor noſter Horich appellat.
3 Regnoldus, quem Autor nominat Rodulfum.
4 Siguardus qui hic Sigafridus dicitur.
  - Ericus puer.
5 Biorno. 6 Agnerus.
7 Vitſercus. 8 Vbbo.
9 Fridleuus, qui hic Godafridus nuncupatur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXXIIII.

**Dani per inferiorem Germaniam longè lateq; populabundi progreſsi, ferro atq; flamma obuia quæq; proſternentes, à Ludouico Imperatore tandem repulſi feruntur.**

*ANno Domini Rimberti XII. Ludouicus pius Cæſar magnus obijt. Ipſe Boemanos, Sorabos, Suſos, & cæteros Slauorum populos ita perdomuit, vt tributarios efficeret. Nordmannos autem fœderibus ac Bellis compreſſos, eo modo retinuit, vt cum Franciam totam vaſtauerint, Regno eius minimè nocuerint. Poſt mortem verò Imperatoris, effera Barbaries laxis regnabat habenis. Et quoniam Dani, cum Nordmannis Hamaburgenſi Eccleſiæ Paſtorali cura ſubiecti ſunt, prætetire nequeo quanta mala per eos Dominus illo tempore fieri permiſerit, & quàm latè Pagani, ſuper Chriſtianos extenderint potentiam ſuam. Quæ omnia lamentabiliter ſcripta ſunt in Hiſtoria Francorum & alijs libris.*

Ludouicus pius mortuus Anno Domini 882.

A Reginone & Sigeberto.

*Tunc Saxonia vaſtata eſt à Danis vel Nordmannis. Brun Dux occiſus eſt cum alijs XII Comitibus. Thiadricus & Marquardus Epiſcopi obtruncati. Tunc*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Nordmanni grauiter affligunt Germaniam.

Freſia depopulata eſt. Traiectum ciuitas exciſa. Sanctus Rahtbodus vrbis Epiſcopus cædens perſequutioni, Dauantriæ ſedem conſtituit, ibiq; conſiſtens Anathematis gladio Paganos vltus eſt. Tunc Pyratæ Coloniam & Treueros incendunt. Aquiſgrani Palatium, Stabulum equis ſuis fecerunt. Moguntia verò propter metum Barbarorum, inſtaurari cœpit. Quid multa? Vrbes cum ciuibus, Epiſcopi cum toto grege ſimul obruti ſunt. Eccleſiæ illuſtres cum fidelibus incenſæ ſunt. Ludouicus noſter cum Paganis dimicans, victor extitit, & mox obijt. Ludouicus Franciæ victor & victus occubuit. Hæc Tragædico plantu ſcripta in annalibus Cæſarum, Nos propter mentionem Danorum perſtrinximus.

Colonia Treueris Aquiſgranum deuaſtata à Nordmannis.

Aquaſgrani Palatium, uſq; ad tempus Ottonis per Annos LXXX uaſtum permanſit, quod deſtruxerat Orduig Princeps.

Archiepiſcopus redemit captiuos.

Quid autem dicimus interim feciſſe noſtrum Archiepiſcopum? require in geſtis ſuis Cap: XX. Ad redemtionem, inquit, captiuorum cunctis penè, quæ habebat, expenſis; cum multorum adhuc apud Paganos detentorum miſerias cernere cogeretur. Etiam Altaris vaſa impendere non dubitauit; dicens cum Beato Ambroſio: Melius eſt animas Domino, quàm Aurum ſeruare, precioſa igitur ſunt illa vaſa, quæ animas de morte redimunt.

Quod

Quod de Ludouico Imperatore aſſerit Autor noſter, uictorem extitiſſe cum Nordmannorum, id nullibi hactenus legi. Affirmat quidem Regino lib. 2 illum conſeruiſſe manum cum illis, ſed non adeo præualuiſſe. Quantum præualuerit inde apparet, quod longè lateq; progreſſi, uſq; in annum ſequentem, continue obuias quaſq; Germaniæ ciuitates munitiſſimas euerterint. Quarum calamitatibus motus Imperator fortè mœrore confectus obijt. Nam, Et dolor & morbus læthi fabricator uterq; eſt.

## CAPVT XXXV.

Dani à Freſonibus repulſi, Galliam reſtaurato exercitu inuaſerunt, & uaſtarunt. Angliam quoq; & Friſiam ſibi ſubiugarunt.

*NEc incongruum videtur, quoniam de perſecutione diximus, quæ tunc latè in Eccleſias efferbuit, grande miraculum per merita Sancti Rimberti Freſonibus oſtenſum tangere; quod Scriptor geſtorum eius neſcio cur prætererit. Sed Bonno Corbeienſis Abbas, de ſui temporis actis ſcribens non reticuit, dicens: cum modernis temporibus grauis Barbarorum irruptio in omni penè Francorum regno immaniter debaccharetur, contigit etiam eos diuino Iudicio, ad quendam Freſiæ pagum deuolui, Qui in remotis ac mari magno vicinis locis ſitus eſt, Norduich appellant. Hunc igitur ſubuertere aggreſſi ſunt. Erat illic eo tempore venerabilis Epiſcopus Rimbertus, cuius adhortationibus & doctrinis confortati & inſtructi Chriſtiani, congreſſi ſunt hoſti-*

Bonno Corbeienſis Abbas ſcripſit annales ſui temporis.

Nordmanni cæſi à Freſonibus.

Norduich pagus Friſiæ.

*bus, & proſtrauerunt ex eis X milia CCCLXXVII. pluribus inſuper, dum fuga præſidium quærunt, in tranſitu fluuiorum necatis.*

*Hæc ille ſcripta reliquit, cuius rei miraculo, vſq; hodie merita Sancti Rimberti, penes Freſones egregia, & nomen eius ſingulari quodam Gentis colitur deſiderio: adeò vt collis, in quo Sanctus orauit, dum pugna fieret, perpetua ceſpitis viriditate notetur.*

Nordmannorum irruptio in Gallias.

*Nordmanni plagam, quam in Freſia receperunt in totum imperium vlturi; cum Regibus Sigafrido & Godafrido, per Rhenum & Moſam, & Scaldam fluuios, Galliam inuadentes, miſerabili cæde Chriſtianos obtruncarunt; Ipſumq; Regem Carolum bello petentes, ludibrio noſtros habuerunt. In Angliam quoq; miſerunt vnum ex ſocijs Haldan, qui dum ab Anglis occideretur, clam conſtituerunt in locum eius Gundredum. Is autem Nordumbriam expugnauit, atq; ex illo tempore Freſia & Anglia, in ditione Danorum eſſe feruntur. Scriptum eſt in geſtis Anglorum.*

Friſia & Anglia in poteſtate Danorum.

Dubium an Nordmanni à Freſonibus deuicti, nec ne.

De hiſce Nordmannorum irruptionibus lege iam prius nominatum Reginonem, & Sigebertum, qui hæc ad Annum Domini 882. refert. Verum quomodo tanta clade à Freſonibus eos affectos, & pariter in populoſiſſimum Galliarum Regnum auſos irrumpere, credam, non uideo, niſi ipſi à Freſonibus diuiſo exercitu cæſi ſunt, aut poſt cladem ab illis acceptam, ſuppleuerint exercitum, priuſquam in Gallias progreſſi ſunt.

Dani quamdiu poſſederint Angliam.

De tempore autem, quo primum occuparint ac quamdiu poſſederint Dani Angliam, diſcrepant inter ſe Annalium autores. Alij cum hoc noſtro Autore, Heptarchiam Anglorum miſſam facientes, à Regneri Loth-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

brogi temporibus auſpicantur, numerantq; hinc, uſq; ad Haraldum II, annos durationis imperij Danici in Anglia, plus minus 200. Alij ab aduentu Anglorum Cimbrorum, quum nomen pariter & idioma Danicum ſeu Anglocimbricum uſurpare Britanni cæpiſſe putantur, initium facientes, Annos ſupputant circiter 700. Alij aliter. Sed controuerſiam iſtam diſcutere, non eſt huius loci.

## CAPVT XXXVI.

### Miracula (vt ferunt) à Rimberto edita.

FRuſtra in Sanctis ſigna & miracula quæruntur, quæ habere poſſunt & mali, quia ſecundum autoritatem Sanctorum Patrum, maius miraculum eſt animam, quæ in æternum victura eſt à peccato conuertere, quàm corpus quod denuo moriturum eſt, à morte ſuſcitare. Vt autem ſciamus nec Sancto Rimberto hanc gratiam defuiſſe; fertur antiquorum more Sanctorum, quædam feciſſe miracula; frequenter ſcilicet dum iret in Sueoniam, tempeſtatem maris oratione ſedaſſe, & cœcum illuminaſſe, per confirmationem, quam Epiſcopali more faciebat in eo.

Miracula à D. Rimberto edita.

Sed & filium Regis dicitur à Dæmonio liberaſſe. Vbi multis aſtantibus Epiſcopis, ſpiritus immundus ſæpè clamabat ex ore vexati; Rimbertum ſolum inter eos dignè commiſſum egiſſe officium, ipſum ergò ſibi eſſe cruciatui. Require in libro vitæ eius Capite XX. Hunc filium Regis Ludouici Carolum eſſe arbitramur, qui nouiſſimis Archiepiſcopi

tempo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*temporibus à Regno depoſitus, Arnolphum germani ſui filium accepit ſucceſſorem. Hiſtoria Francorum hæc veraciter acta commemorat in Francoford. Anno Cæſaris Ludouici XXXIIII.*

Humanitas & facilitas Rimberti.

*Erat igitur Sanctus Rimbertus, cum Moſe, vir mitiſsimus, cum Apoſtolo, qui omnium infirmitatibus compateretur. Præcipuam verò curam habens in Eleemoſinis pauperum, & in redemtione captiuorum. Vnde quadam vice, cum veniſſet ad partes Danorum, vbi Eccleſiam nouellæ Chriſtianitati conſtructam habebat, in loco qui dicitur Schleſuig, vidit multitudinem Chriſtianorum catena trahi captiuam. Quid multa? Duplex ibi miraculum operatus eſt. Nam & Cathenam oratione dirupit, & captiuos equo ſuo redemit. Capitulum geſtorum eius nota XVIII.*

Mirum ſi uerum.

## CAPVT XXXVII.

### Commendatio Aſsiduitatis & religioſæ Pietatis Rimberti.

Aſsiduitas D. Rimberti.

*ET quia vaſtatio Nordmannorum vel Danorum omnem excedit crudelitatem; eo plus mirum videri poſsit, quod Sancti confeſſores Dei Anſgarius & Rimbertus per tanta pericula maris & terræ, illas Gentes intrepidi adibant & prædicabant, ante quarum impetum nec armati*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

armati Reges, aut potentes Francorum Populi ſubſiſte- Difficul-
re poterant. Nunc autem quoniam defecit Sanctus, tas conuer-
quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum, vix tendi po-
poßibile credimus nos genus ignauum, quod tecto gau- pulos Sep-
det & vmbra; vt in tam aſpero tempore perſecutionis, tentrionis.
in tam feroci (qua vix vllus hominum viuit) natione; in tam remotißima, inquam, à noſtro mundo regione, quiſquam vel Apoſtolus auderet accedere, neſcientes illud quotidie nobis dici, quod Saluator ait Diſcipulis: Ite in orbem vniuerſum; &, Ecce ego vobiſcum ſum Matth. 28
omnibus diebus, vſq; ad conſumationem ſæculi.

Sunt alia multa, quæ de noſtro Sancto copioſè in libro ſuo exarata ſunt, in quibus illud memorabile eſt, Grande
quod Presbyteri animam defuncti, qui ſic in viſu ap- commen-
parens ſupplicauit, XL. dies in pane & aqua ieiunans, tum.
à tormentis abſoluit. Deceſſor eius quatuor Cænobia fundauit, his ille quintū addidit in ſolitudine Buggind. Cæterum omnium diſtinctam ſollicitudinem habens, Hamaburgenſis Cathedræ, præcipuam curam egit, tam Fratribus quàm pauperib. oportuna miniſtrans ſolatia.

## CAPVT XXXVIII.

### Eleemoſynæ & exitus Rimberti.

XEnodochium Bremæ, quod à Sancto Anſ- Cura Pau-
gario ad ſuſtentationem Pauperum inſti- perum in
tutum eſt, ipſe nobiliter auxit, & non ſo- Rimberto.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

lum in Epiſcopatu, ſed vbicunq; eſſet, pauperibus alimoniam, cum omni diligentia miniſtrauit; nobile verbum exhortationis relinquens poſteris: Non eſt, inquiens, tardandum, vt cunctis pauperibus ſuccurramus, quia quis ſit Chriſtus, vel quando ad nos veniat, ignoramus. Eleemoſynam verbi inceſſanter omnibus miniſtrauit, ad quod opus dicta S. Gregorij curauit excerpi, quæ & manu ſua deſcripſit. Epiſtolæ eius diuerſæ ad plures, præcipua quædam ad Virgines, in qua Virginitatem corporis extollens, oſtendit multas in mente fieri meretrices.

Studium lectionis & doctrinæ eiuſdem.

Tandem morbo & ſenio confectus, quos per ſe non potuit, per Adalgarium adiutorem in Domino confortauit, quem etiam manibus Regis commendauit. Obijt Anno Domini DCCCLXXXVIII, Indictione VI, cuius depoſitio eſt III. Idus Iunij. Sepultus eſt extra Baſilicam Sancti Petri ab Oriente, vt ipſe rogauit.

Rimbertus obijt Anno Domini 888.

## CAPVT XXXIX.

Adalgarius primum coadiutor: Deinde Succeſſor Rimberti.

Adalgarius III Archiepiſcopus Hamburgenſis.

ADalgarius Archiepiſcopus ſedit Annos XX. Annos ex computo, quo ſuprà retulimus, vitam ex libro Sancti Rimberto di-

ſcimus,

ſcimus, Capitulo XII. Cum S: Rimbertus veſtem & profeſſionem ſuſciperet Monaſticam, mox additur. Ad quod ei ſolatium deputari placuit inſignem conuerſatione virum, gradu Diaconum, nomine Adalgarium. Hic vir, inquiunt, venerabilis in conuerſationis eius imitatione, ſimul & ſucceſſionis eius dignitate, adhuc hodie ſupereſt, cum multis alijs atteſtans, quod Sanctus Pontifex Rimbertus nihil ex occaſione curæ Paſtoralis de Monaſtica perfectione perdiderit, & reliqua. Elogium Rimberti.

Item Capitulo XXI. Cum iam, inquit, ſenio grauaretur S. Rimbertus, etiam continuus pedum dolor ei acceßit; Vnde apud glorioſißimos Reges Ludouicum & filios eius hoc obtinuit, vt inſignis vir Adalgarius, Monachus videlicet Corbeiæ, in adiutorium ei confirmaretur, quatenus ipſe infirmitate detentus, in Adalgario haberet ſolatium circueundi Epiſcapatum, placida adeundi, & quando exigeretur, vel in expeditionem, vel ad Palatium cum Comitatu ſuo proficiſci. Impetrauit etiam, vt ipſe illi in electione ſucceſſor confirmaretur, & inter conſiliarios Regis locaretur, aſſentientibus Fratribus, & Abbate Monaſterij eius, ac hac Sancta Synodo hæc omnia roborante.

 Ferulam

*Ferulam Paſtoralem ſuſcepit ab Arnulfo Rege, Pallium à Papa Stephano. Conſecratus eſt autem à Moguntino Archiepiſcopo Lindroldo; Seditą́ difficili tempore Barbaricæ vaſtationis. Nec tamen legationis ſuæ ad Gentes, vt in Priuilegijs videtur, ſtudium omiſit. Verùm ſicut deceſſores ſui, Preſbyteros ad hoc opus & ipſe conſtitutos habere curauit.*

## CAPVT XL.

Dani repreſsi ab Imperatore Arnulfo: domi quieuêre ſub ſuis Regibus.

Nordmanni repreßi ab Imperatore Arnulfo.

*DE Hiſtoria Danorum nihil amplius aut ſcriptum vidi, aut ab alio viſum comperi. Ea fortè cauſa reor, quod Nordmanni vel Dani tunc ab Arnulfo Rege grauibus prælijs, vſq; ad internecionem deleti ſunt. Bellum cœlitus adminiſtratum. Siquidem centum millibus Paganorum proſtratis; vix vnus de Chriſtianis cecidiſſe repertus ſit. Et ita reſtincta perſecutio Nordmannornm, Domino vindicante ſanguinem ſeruorum ſuorum, qui iam per Annos LXX. effuſus eſt. Narrat hæc Hiſtoria Francorum.*

Id accidiſſe ferunt Anno Domini 891.

Gotafrid & Sigafrid Reges ibi occiſi ſunt.

*Audiui autem ex ore veraciſsimi Regis Danorum Suen, cum nobis ſtipulantibus numeraret Atauos ſuos. Poſt cladem, inquit, Nordmannicam, Helligonem*

Sueno Eſtritius Rex Daniæ.

*nem regnaſſe comperi, virum populis amabilem, propter iuſticiam & ſanctitatem ſuam. Succeßit illi Olaph, qui veniens à Sueonia, Regnum obtinuit Danicum vi & armis, habuitq́ filios multos: Ex quibus Ehnob & Giurd Regnum tenuerunt poſt obitum patris.*

Sueno Eſtritius, cuius hic meminit Autor, nepos erat ex Sorore Canuti Magni. Eius Hiſtoria cognoſci poteſt ex Saxonis lib: 10. & 11. Meminit eius Autor noſter infrà pluribus in locis, hoc libro cap. 45. Et in ſecundo capitib. ferè ſingulis. Item lib. 3. cap. 12. 20. 22. 23. 24. & 25. Libro 4. cap. 16. Et fatetur ſe ab eo maximam huius ſui commentarij partem accepiſſe, præcipue quantum ad Hiſtoriam rerum Septentrionis attinet. Hæc enim ipſius ſunt uerba dicto loco lib. 4. Erat ſcientia litterarum eruditus & liberaliſsimus in extraneos; & ipſe direxit prædicatores clericos in omnem Suediam, Nordmanniam & in Inſulas, quæ ſunt in illis partibus, cuius ueraci & dulciſsima narratione didici &c.

Laus Suenonis Eſtritij, Regis Daniæ.

Quod autem hoc loco, de ſucceßione Regum Daniæ refert ſe ab eo accepiſſe, diuerſum certè eſt à narrationibus Hiſtoriarum noſtrarum. Ita ut ſuſpicer aut locum non carere mendis, aut ipſum minus fideli memoria retinuiſſe, ea quæ ipſi Rex fideliter & luculentè ſatis expoſuerit. Nam Helgonem nullum Danis imperitaſſe conſtat, præter eum, qui ſortitus cum fratre Ro imperium, multis retro ſæculis claruit. Sed de his ſtatim uberius cap. 44.

Locus mendoſus.

## *CAPVT XLI.*

### Brema fit denuo ſuffraganea Colonienſis Archiepiſcopi.

*ANno Adalgarij VII. Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis, magnis Adalgarium noſtrum fatigabat iniurijs, Coloniæ Bremam ſubiugare conatus. Collecta igitur*

Bremenſis Eccleſia denuo fit ſuffraganea Colonienſis.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Synodo apud Triburcam, Haddone, Maguntino præſidente, caſſata ſunt Apoſtolicæ ſedis Priuilegia, & glorioſorum principum annulata ſunt præcepta, conſentientibus, vt aiunt, iniquis decretis Formoſo Papa, & Rege Arnulfo. Deinde facta ſubſcriptione Adalgarius Archiepiſcopus in cauda concilij poſitus eſt.

Fabula grandis de Adolino & Vidgero, qui diſceptantes, ad ſpectacula Synodum traxerunt. Tragœdia Lugubris. Vidgerum noſtræ partis victum, & poſtero die mortuum. Et amplius ſub Adalgario & Hogero omni tempore dicunt Bremam Coloniæ ſuffraganeam manſiſſe. Hæc quoniam in eodem concilio ſcripta reperimus, vera ne ſint aut ficta, nos in medio relinquemus.

*Crantzius lib. 2. cap. 19. Metrop.*

## CAPVT XLII.

**Bremenſis Archiepiſcopus Iuri priſtino reſtitutus, accipit coadiutores à Pontifice Romano plures.**

ANno deinde ſecundo Formoſus Papa obijt. Quarto verò Arnulfus Imperator deceſſit. Sequitur eruptio Vngrorum, perſecutio Eccleſiarum. Archiepiſcopus noſter valdè ſenex, minus poterat vel inimicis reſiſtere, vel agenda diſponere. Quare ferunt illum à Monaſterio Corbeienſi Hogerum ſuſcepiſſe

*Exitus miſerabilis Pontificis & Imperatoris Romani.*

Ambo enim & Rex & Papa miſerabilem uitæ finem inuenerunt. Quia Papa Formoſus à ſucceſſore ſuo etiam mortuus degra-

piſſe adiutorem. Cuius ope fultus ac miniſterio, ipſe emeritæ ſenectutis ocio potiretur. Ita omnipotens Deus, qui aliquando iuſtos, vt meliores fiant, tentari permittit: Fecit & noſtro Archiepiſcopo cum tentatione euentum, vt poſſet ſuſtinere.

datus & de ſepulcro eiectus eſt: Rex uero Arnulfus & uiuens à uermibus conſumtus eſt, & tandem ueneno extinctus, magna Domini uindicta.

Nam Sergius Papa, qui ferè per totidem Annos, ſeptimus à Formoſo, calumnias Adalgarij miſeratus, Priuilegia Bremenſis Eccleſiæ renouauit, & omnia quæ à Gregorio & Nicolao deceſſoribus ſuis, Anſgario & Rimberto, conceſſa ſunt, roborauit.

Adhæc quia Senectutis pondere grauatus Pontifex Adalgarius, Paſtorale officium implere non poterat, circueundo, prædicando, & conſecrando Epiſcopos; dati ſunt ei adiutores à Papa, circumuicini quinq; Epiſcopi, Simundus Haluerſtadenſis, Vigbertus Ferdenſis Biſo Podarburnenſis, Bernardi duo, Mindenſis & Oſnabrugenſis, quorum ope ſenex fulciretur.

Coadiutores dati Archiepiſcopo Hamburgenſi.

Ad manum ſunt Priuilegia Sergij Papæ vtriuſq; data, quibus hæc ita continentur. Mirum tamen neq; ſatis cognitum eſt nobis, an aliqui Epiſcopi in Gentes ordinati ſunt ab Adalgario, vt Priuilegium inſinuat: An hæc ordinatio Epiſcoporum inacta remanſerit, vſq; ad dies † Adalgarij, vt melius confidimus; præſertim

† Adaldagi, infra lib. 2. cap. 2.

quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

quod vaſtatio Barbarica, vix dum Preſbyteros inter ſe morari conceſſerit. Nondum enim completæ ſunt iniquitates Amoræorum, nec adhuc venit tempus miſerendi eorum. Poſt hæc migrauit Archiepiſcopus Anno Domini ✝ DCCCXCIX Septimo Idus Maij. Et ſepultus eſt in Baſilica Sancti Michaëlis, quam ipſe pro dilectione Magiſtri, ſuper tumbam eius erexit.

Obitus Adalgarii. ✠ DCCCCIX.

## CAPVT XLIII.

Hogerus Adalgario ſuccedens, ſtrenuè & fideliter exequitur Paſtorale officium.

Hogerus IIII Archiepiſcopus Hamburgenſis.

HOgerus Archiepiſcopus ſedit Annos VII. Et huius Annos reperimus in libro ſuperiori, & quod per contentionem ordinatus eſt à Colonienſi. Pallium ſuſcepit à Papa Sergio. Ferulam à Ludouico Rege. Vnde fuerit, aut qualiter vixerit Deo cognitum eſt. Inuenimus tamen ſcriptum, in antiquioribus Eccleſiæ libris, vno verſu quis fuerit.

Sanctus & electus fuit Hoger ſeptimus heros.

Sanctitati eius teſtimonium aſſerit veterum traditio; quæ narrat eum ſeueriſſimum in Eccleſiaſtica diſciplina, pro conſuetudine Monaſteria ſuæ diœceſis crebro circuiſſe, vnde etiam cum apud Hamaburg conſiſterat, exploraturus quid Fratres agerent, nocte intem-

Vigilantia & grauitas Hogeri

tempeſta, Ramſolam ad vigilias properauit matutinas. Fidelis, inquam, diſpenſator, qui & ipſe vigilans pernoctauit, ſuamq́ familiam dormire prohibens, venienti ſponſo lætus occurrit dicens: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus.

Anno ſecundo D. Hogeri, Ludouicus puer depoſitus, & Conradus Francorum Dux in Regem leuatus eſt. In iſto Ludouico, vetus Caroli finitur proſapia.

## CAPVT XLIIII.

De ſerie Regum Daniæ quædam adijcit ex relatu Suenonis Eſtritij.

HActenus Francorum tendit Hiſtoria. Quæ verò deinceps dicturi ſumus, in alijs & alijs reperimus non mendacibus libris. Aliqua verò recitauit nobis clariſſimus Rex Danorum ita rogantibus. Poſt Olaph, inquit, Sueonum Principem, qui regnauit in Dania cum Filijs ſuis, ponitur in locum eius Sigerich. Cumq́ paruo tempore regaſſet, eum ✠ Hardegon filius Suen, veniens à Nordmannia Regno priuauit.

Ericus uictorioſus Rex Sueciæ.

✠ Haarde chnut.

Tanti autem Reges imò Tyranni Danorum, vtrum ſimul aliqui regnauerint, an alter poſt alterum breui tempore vixerit, incertum eſt. Nobis hoc ſcire ſufficiat, omnes adhuc Paganos fuiſſe, ac in tanta



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Regnorum mutatione, vel excurſione Barbarorum, Chriſtianitatem in Dania, quæ à S. Anſgario plantata eſt, aliquantulam remanſiſſe, non totam defeciſſe.*

Locus intricatus & mendoſus, correctus.

Quod hic denuo Autor noſter de Genealogia Regum Daniæ inſerit, ex narrationibus Suenonis Regis, mirari ſatis nequeo. Nam & ea quæ prius cap. 40. & quæ hoc loco refert, plane aliter ſe habere, tum ex noſtratibus tum exterorum quoq; liquet annalibus.

Series Regum Daniæ.

Habuit quidem Olaus Rex Suetiæ filium Ericum, qui ex Suetia fugauit Storbiornum filium Biornonis Regis Suetiæ. Eum reſtituit Haraldus Blaatand, & reſtitutionis præmium, ſororem eius Gyritham obtinuit. Quod forte id eſt, quod ſuprà dicere uolebat, de Ehnob & Giurd filijs Olaph Regis Suetiæ. At quod Ericus poſtea, qui, quod uictorioſus fuit, Sig Erich appellatus fuit, bellum intulit Suenoni filio Haraldi, ulciſcendæ id ueteris iniuriæ cauſa factum eſt: neq; tamen Regno propterea, eum potitum uſpiam legi; neq; etiam expulſum à Canuto Duro, uero ſimile eſt; quum is longè poſt Auum ab obitu patris Canuti Magni, rerum potitus ſit in Dania & Anglia. Et ut maximè hæc ita eſſent, tempori tamen minimè congruunt.

## CAPVT XLV.

Saxonia variè à uicinis Gentibus depopulatur. Hogerus diem ſuum obijt.

Hamaburga denuo deuaſtata.

*IN diebus illis, immaniſsima perſecutio Saxoniam oppreſsit, cum hinc Dani & Slaui, inde Bohemi & Vngari laniarent Eccleſias. Tunc Parochia Hamaburgenſis à Slauis, & Bremenſis Vngrorum impetu demolita eſt.*

Hogeri Archiepiſcopi obitus.

*Interea confeſſor Dei Hogerus obijt, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Michaëlis, cum deceſſore ſuo, Anno*

*Domini*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Domini DCCCCXV, ✠ Decimo tertio Kalend: Ianuarij, eius depoſitio habetur.* ✠ Cranzius XIIII

*Huius corpus Epiſcopi, cum poſt Annos C & XX, diruta ſenio Capellula, quæreretur, præter cruces Pallij, & Ceruical Epiſcopi, nihil potuit inueniri. Et credimus reſurrectionem eius impletam eſſe; quod aliâs traditur in Dauide & Iohanne Euangeliſta contigiſſe veraciter.* Mirum ſi uerum.

## CAPVT XLVI.

Reginuardus Hogero ſuccedens vix Annum vnum ſedit. Vngari Bremam incendio deformantes, cœlitus puniti feruntur.

*Reginuardus vix Annum vnum ſedit; de cuius vita præter nomen, nihil aliud ad manum venit. Cum autem ſucceſſorem eius conſilio apud Altheti interfuiſſe didicerint, quod habitum eſt Anno Conradi Regis V. Quo etiam Hogerus noſter deceſſit, medium his Reginuardum, non vixiſſe plenum Annum deprehendi, nec Priuilegium eius vſpiam reperire valui.* Reginuardus V Archiepiſcopus Hamburgenſis.

*In diebus illis grande miraculum fertur à poſteſteris, Bremæ contigiſſe: Vngaros ſcilicet, incenſis Eccleſijs, Sacerdotes ante Altaria trucidaſſe. Clerum vulgo mixtum, aut impunè occiſos, aut ductos in captiuitatem. Tunc etiam cruces à Paganis truncatæ, ludi-* Vngarorum crudelitas in Clerum Bremenſem.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

brio habitæ, cuius ſigna furoris vſq; ad noſtram ætatem durauerunt. Sed Deus zelotes, cuius paſsio ibi deriſa eſt, incredulos abire non paſſus eſt inultos. Nam ſubita & mirabilis orta tempeſtas, à ſemicremis Eccleſiarum tectis, ſcindulas eleuauit, quas in faciem atq; ora Paganorum rotans, dum fugæ præſidium quærunt, aut in fluuium præcipitari compulit, aut in manus ciuium concludi. Nec mora, proſtratum gregem, boni Paſtoris occubitus ſecutus eſt. Qui depoſitus III. Kalend: Octobris, vnà cum prædeceſſoribus ſuis, in Baſilica S. Michaëlis, commendatus eſt.

Obitus Reginuardi.

## CAPVT XLVII.

Vnni ſuccedit Reginuardo. Vngari ſuperiorem, Dani & Slaui inferiorem populantur Germaniam.

Vnni VI. Archiepiſcopus Hamburgenſis.

VNni Archiepiſcopus ſedit Annos XVIII. Annos eius obitumq; vt ſupra cognoui. Memoriæ traditum eſt à Fratribus, Cum Reginuardus tranſiſſet, Leidradum Bremenſis chori Præpoſitum à Clero & populo electum. Qui hoc Vnni pro Capellano vtens, ad curiam venit. Rex autem Conradus, diuino, vt creditur, ſpiritu afflatus, contemta Leudradi ſpecie, paruulo Vnni, quem retrò ſtare conſpexerat, virgam obtulit. Cui etiam Papa Io-

Famulus pro Domino electus in Archiepiſcopum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

pa Iohannes X. vt Priuilegium indicat, Pallium dedit. Erat autem vir ſicut in electione ac tranſitu eius vide- [illegible], ſanctiſſimus, pro qua ſanctitate Conrado & Henrico Regibus, familiaris & reuerendus fuit. Vnde ita verſu depingitur:

Principibus notus Vnni fuit ordine nonus.

In diebus ſuis Vngari non ſolum noſtram Saxoniam, verum circa Rhenum aliasq́ trans Rhenum Prouincias, Lotharingiam & Franciam demoliti ſunt. Dani quoq́ Slauos auxilio habentes, primò Tranſalbianos Saxones, deinde cis Albim deuaſtarunt, magno Saxoniam terrore quaſſantes.

Vngarorum eruptiones.

Danorum eruptiones.

Apud Danos eo tempore filius ✠ Hardeuich, Gorm regnauit, crudeliſſimus, inquam, vermis, & Chriſtianorum populis non mediocriter infeſtus. Ille Chriſtianitatem, quæ in Dania fuit, prorſus delere molitus, Sacerdotes Dei à finibus ſuis depulit, plurimos per tormenta necauit.

✠ Haraldi forté legendum.

Quatuor perſecutiones nouellæ Eccleſiæ in Dania.

Quatuor recenſentur perſecutiones Eccleſiæ nouellæ in Dania. Prima Regneriana inſtituta aduerſus Haraldum Klag. Secunda Ericiana, cui cognomentum ab ætate tenera ſupra inditum indicauimus. Tertia Gormiana, cuius hoc loco fit mentio. Erat iſte Gormo filius Haraldi Regis, Auus eius Suenonis, qui quartam inſtituit aduerſus Chriſti fideles perſecutionem, Gormianam.

1 Regneriana.
2 Ericiana
3 Gormiana
4 Suenoniana.

## CAPVT XLVIII.

### Henricus Imperator domat Imperij hoſtes, Vngaros, Sorabos, Slauos, & Danos.

Henricus Imperator domat hoſtes Imperij Romani.

AT verò Henricus Rex, tam tunc à puero timens Deum, & in eius miſericordia totam ſuam: habens Fiduciam, Vngros quidem multis grauibusq́ prælijs triumphauit; Itemq́ Bohemos & Sorabos, ab alijs Regibus domitos, & cæteros Slauorum populos, vno grandi prælio ita percuſſit, vt reſidui, qui pauci ferè, remanſerant, & Regi tributum, & Deo Chriſtianitatem, vltrò promitterent.

✠ Gorm.

Deinde cum exercitu ingreſſus Daniam, ✠ Vrom Regem primo impetu ita perterruit, vt imperata ſe facere mandaret, & pacem ſupplex depoſceret. Sic Henricus victor apud Slaſuig, quæ nunc Hedheby dicitur, Regni terminos ponens, ibi & Marchionem ſtatuit & Saxonum Coloniam habitare præcepit. Hæc omnia à quodam Epiſcopo Danorum prudenti viro, nos veraciter, vt accepimus, ſic fideliter Eccleſiæ noſtræ tradimus.

Hedheby Sleſuiga.

Anno Domini 931.

Mirari ſatis nequeo, Autorem noſtrum affirmare ſe hæc ex relatu Epiſcopi Dani accepiſſe, quæ hoc capite refert, quum eorum nullum extat in noſtris Annalibus ueſtigium, nec apud ullum externum Annalium Autorem ita ſe rem habuiſſe comperiam. Aſſerit Regino Abbas Prumienſis conuertiſſe quidem Imperatorem Henricum, Regem Daniæ & Abotri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

& Abotritarum, nec quidquam addit amplius. At Sigebertus ſubijcit, eum uiciſſe Danos, qui per pyraticam Friſones incurſabant, atq; etiam tributarios ſibi feciſſe, & ✠ Chuipiam Regem eorum baptizari feciſſe. Liutbrandus Ticinenſis dicit Henricum Imperatorem inde maximé claruiſſe apud Italos, quod Danos nulli ante ſubiectos, ſolus ipſe debellarit atq; tributarios fecerit. Atq; ego neq; tale unquam nomen ulli Regum Daniæ inditum fuiſſe comperi, neq; Imperatores Romanos unquam à Danis indigenis tributum, ſine maxima noxa, leuaſſe cognoſco. Sed exiſtimo hoc totum de Nordmannis in Freſia reſidentibus intelligi debere, quos ut Henricus Imperator coherceret ab incurſionibus, ultra Albim cohortem aliquam limitaneorum millitum collocauit. Nam longe ante tempora Henrici, uallo munierat limites Regni Gotricus, quemadmodum ſupra rettulimus ex Annalibus Caroli Magni. Verum quod ab hoc Henrici Marchionatu (cuius durationem cum mora Adami in Paradiſo, nemo ineptè comparauerit) quidam Danomarchiæ nominis originem trahant, id alterius erit & loci & conſiderationis.

Anno 935.

✠ Functius eum Nubam appellat.

Luitbrandus Ticinenſis.

Dani an uicti ab Imp. Henrico.

uide infrà lib. 2. ca. 2.

## CAPVT XLIX.

### Vnni circuit Eccleſias ſibi ſubiectas, & in Daniam tranſiens, Haraldum Blaatand, ad fidem Chriſti conuertit.

*TVnc beatiſſimus noſter Archiepiſcopus Vnni, videns oſtium fidei Gentibus apertum eſſe, gratias Deo agit pro ſalute Paganorum. Præcipuè vero quoniam legatio Hamaburgenſis Eccleſiæ, pro temporis importunitate diu neglecta, præueniente Miſericordia Dei & virtute Regis, locum & tempus operandi accepit. Igitur nihil aſperum & graue ſe arbitrans ſubire poſſe pro Chriſto, latitudinem ſuæ diocœſis per ſeipſum elegit circuire;*

Vnni tranſit in Daniam.

*Secutus*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Secutus eſt eum, vt aiunt, Grex vniuerſus Bremenſis, Eccleſiæ boni Paſtoris abſentia mœſti, ſecumq́ & in carcerem & in mortem ire parati.

Orm eſt, quem ſupra Gorm nominauit.

Poſtquam verò confeſſor Dei peruenit ad Danos, vbi tunc crudeliſſimum Orm diximus regnaſſe, illum quidem pro ingenita flectere nequiuit ſæuitia; Filium verò Regis Haraldum, ſua dicitur prædicatione lucratus. Quem ita fidelem Chriſto perfecit, vt Chriſtianitatem, quam Pater eius ſemper odio habuit, ipſe haberi publicè promitteret: quamuis nondum Baptiſmi Sacramentum perceperat.

Haraldus Blaatand, Rex Daniæ.

Iſte Haraldus Blaatand, Eccleſiam Roſkildenſem ex primis extruxit fundamentis, ibidem quoque ſepultus, quum à proprio filio Suenone uita & Regno exutus fuiſſet. Qua de re infrà plura lib. 2. cap. 18. & 19.

## CAPVT L.

Vnni penetrat in Bircam Sueoniæ, docendo & baptizando, Eccleſiam colligens.

Ordinatis ita in Regno Danorum per ſingulas Eccleſias Sacerdotibus; Sanctus Dei multitudinem credentium commendaſſe fertur Haraldo. Cuius etiam fultus adiutorio & Legato, omnes Danorum Inſulas penetrauit, Euangelizans verbum Dei Gentilibus, & fideles, quos inuenit illic captiuos, in Chriſto confortans. Deinde veſtigia ſecutus Magni prædicatoris Anſgarij, mare Balticum

Vnni tranſit mare Balticum, & penetrat in Suetiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*ticum remigans, non ſine labore peruenit ad Bircam; Quò iam poſt obitum S. Anſgarij Annis LXX, nemo doctor auſus pertingere, præter ſolum, vt legimus, Rimbertum. Ita perſecutio noſtros retinuit.*

Birca.

*Birca eſt oppidum Gothorum, in medio Sueoniæ poſitum, non longè ab eo Templo, quod celeberrimum Sueones habent, in cultu Deorum, Vpſala dicto; In quo loco, ſinus quidam eius freti, quod Balticum vel Barbarum dicitur, in boream vergens, portum facit barbaris gentibus, quæ hoc mare diffuſe habitant, optabilem: Sed valde periculoſum incautis & ignaris eiuſmodi locorum. Bircani enim pyratarum excurſionibus, quorum ibi eſt magna copia, ſæpius impugnati, cum vi & armis nequeunt reſiſtere; callida hoſtes aggrediuntur arte decipere. Qui ſinum maris impacati, per C, & amplius ſtadia latentium molibus Saxorum obruentes, periculoſum æquè ſuis, ac prædonibus iter meandi fecerunt. Ad quam ſtationem, quia tutiſsima eſt maritimis Sueoniæ Regionibus, ſolent omnes Danorum vel Nordmannorum, Itemq́ Slauorum atq́ Semborum naues, alijq́ Scythiæ populi, pro diuerſis commerciorum neceſsitatibus, ſolenniter conuenire.*

Vpſala Suetiæ.

Noxium ſtratagema.

BIRCAE oppidi Suetiæ crebra eſt mentio in Annalibus uetuſtioribus, quam primariam Regni iſtius fuiſſe ciuitatem, & populoſiſsimam atq; nobilem antiquis ſæculis extitiſſe non eſt dubium. Eius ſolummodo nomen hodie eſt reliquum, ueſtigium præterea eius commonſtrari poteſt nullum. Itaq; coniectura potius quàm certis indicijs, ubi ſita fuerit nunc quæritur.

Birca quondam Metropolis Suetiæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Alij Ienecopiam eam fuiſſe autumant. Alii uerò eo loco ſitam, ubi hodie uiſitur Metropolis Regni Stockholmia. Et alij de hac aliter. Ego illam in Oelandia ſitam exiſtimarem, in eo loco ubi hodie ueterem arcem Barcheholmenſem reſtaurat Rex Iohannes, niſi reperirem in media Suetia collocatam fuiſſe Bircam hanc, ab Autore noſtro, in deſcriptione terrarum Septentrionalium, quam huic ſuo operi adiecit. Ibi enim hæc leguntur. Noſter Metropolitanus ſtatuit Bircam illis gentibus Metropolim. Quæ in medio Sueoniæ poſita, contra ciuitatem Slauorum reſpicit Iumnem, paribuſq; ſpaciis, omnes illius ponti amplectitur oras &c. Item. Gothiá confinis eſt Prouintiæ Danorum, quæ Scania dicitur, à qua & ferunt diebus ſeptem perueniri uſq; ad ciuitatem magnam Gothorum Scarane. Deinde Oſtrogothia protenditur iuxta mare illud, quod Balticum uocant, uſq; ad Bircam. Et poſtea longis terrarum ſpaciis regnant Sueones. Ex quibus apparet in media quaſi Suetia, ſitam fuiſſe Bircam, non procul ab urbe Vpſalenſi & Sictona, quam nunc arcem credo eſſe Seckaburgenſem.

*Oelandia. Barcholm.*

*Birca in media Suetia ſita fuit.*

Deſolata eſt autem hæc ciuitas ante Annos ferme ſexcentos. Nam temporibus Adaluardi Epiſcopi eò miſſi ab Adalberto, nulla eius comperta ſunt ueſtigia. Ita enim dicto loco idem Autor noſter ait: Tunc occaſione itineris diuertit Bircam Adaluardus, quæ nunc in ſolitudinem redacta eſt, ita ut ueſtigia ciuitatis uix appareant, ubi nec tumulus ſancti Vnni Archiepiſcopi potuit inueniri. Nihil ſub Sole ſtabile.

*Birca quando deſolata.*

## CAPVT LI.

### Sueci in Paganiſmum relapſi, reuocati ſunt monitionibus Archiepiſcopi Vnni.

IN eo portu confeſſor Domini egreſſus, inſolita populos appellare cepit legatione. Quippe Sueones & Gothi, vel ſi ita melius dicuntur, Nordmanni propter Barbaricæ excurſionis tempora, qua paucis Annis multi Reges

*Sueones in Paganiſmum relapſi.*

ges cruento imperio dominati ſunt, Chriſtianæ Relligionis penitus obliti, haud facilè poterant ad fidem perſuaderi.

*Series Regum Sueciæ tempore propagatæ primum Religionis in Suetia.*

Accepimus à ſæpe dicto Rege Danorum Suen, tunc apud Sueones imperitaſſe, quendam Ring cum filijs Herich, & Emund; Ipſumq́; Ring ante ſe habuiſſe Amund, Biorn, Olaph, de quibus in geſtis S. Anſgarij legitur, & alios, quorum non occurrit vocabulum.

Et credibile eſt Athletam Dei Vnni, eoſdem Reges, quamuis non crediderint, adiſſe, eorumq́; licentia verbum Dei per Sueoniam prædicaſſe. Meo autem arbitratu, ſicut inutile videtur eorum acta ſcrutari, qui non crediderunt; ita impium eſt præterire ſalutem eorum, qui primum crediderunt, & per quos crediderunt. Sueones igitur & Gothi, à S. Anſgario primùm in fide plantati, iterumq́; relapſi ad Paganiſmum, à Sancto Patre Vnni ſunt reuocati, ſufficit hoc ſcire, ne ſi plura dicimus, mentiri velle dicamur. Melius eſt enim, vt ait Beatus Ieronymus, vera dicere Ruſticè, quàm falſa diſertè proferre.

## CAPVT LII.

Vnni moritur in Suetia, & Bircæ ſepelitur, caput eius Bremam relatum, conditumq; in æde D: Petri.

*Vnni Archiepiſcopus Bircæ mortuus & ſepultus. Anno Domini 936.*

PErfecto autem legationis ſuæ miniſterio, cum tandem redire diſponeret, Euangeliſta Dei apud Bircam ægritudine correptus, ibi-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

dem feſſi corporis tabernaculum depoſuit. Anima verò, cum multo animarum triumpho ſtipata, cœleſtis Patriæ Capitolium ſemper lætatura, conſcendit. Tunc Diſcipuli Pontificis, exequias eius, cum fletu & gaudio procurantes; cætera quidem membra ſepelierunt in eodem loco vel oppido Birca, ſolum Caput reportantes Bremam; quod decenti honore condiderunt, in Eccleſia S: Petri, coram Altari. Obijt autem peracto boni certaminis curſu in Scythia, vt ſcribitur, Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXVI. Indictione IX. circa medium Sept. Hic eſt Annus Otthonis Magni primus, A tranſitu S: Villehadi primi Epiſcopi Bremenſis CXLVIII.

Caput Vnni Archiepiſcopi reportatum ex Suetia Bremam.

Diſſimilitudo morum Epiſcoporum huius & antiqui ſæculi.

Eia vos Epiſcopi qui ſedentes, gloriæ, lucri, ventris, & ſomni breues delitias in primo Epiſcopalis officij loco ponitis; reſpicite, inquam, iſtum pauperem & modicum ſæculi, imò laudabilem magnumq́ Sacerdotem Chriſti, qui nuper tam nobili fini coronatus, exemplum dedit poſteris, nulla temporum vel locorum aſperitate noſtram pigritiam excuſari poſſe. Cum per tanta pericula maris & terræ, feroces Aquilonis populos ipſe pertranſiens, miniſterium legationis ſuæ, tanto impleret ſtudio, vt in vltimis terræ finibus expirans, animam ſuam poneret pro Chriſto.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# LIBER SECVNDVS.

## ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

SEcundo hoc libro, Hiſtoriam ſex Archiepiſcoporum proſequitur. Quorum Adaldagus qui Vnni ſucceſſit, magna cum laude ſedulæ & vigilantis pietatis, Eccleſiæ Bremenſi præfuit Annis quinquaginta tribus. Eius temporibus tres ordine Ottones Imperium gubernarunt Romanum. In Dania rebus præfuit HARALDVS cognomento Blaatand, qui ab Ottone Magno, ad fidem atq; baptiſmum Chriſti pertractus, à proprio filio Suenone profligatus, vita tandem atq; Regno exutus eſt. Adaldago ſucceſſit Libentius primus, vir literatus & deuotus. Ipſius temporibus (annos puta viginti quinq; quibus ſedit) Aſcomanni piratæ Saxoniam depopulati ſunt. SVENO Rex Daniæ, poſt varias calamitates,

Sex Archiepiſcoporum uitæ continentur hoc libro.

1 Adaldagus.

Haraldus Blaatand, Rex Daniæ.

2 Libentius.

Sueno Rex Daniæ.

diuinam & meritò ſibi inflictam ob atrocia
delicta, vltionem agnoſcens, ad fidem conuer-
ſus eſt. Ab eo cæſus eſt poſtea Olaus Trugo-
Olaus Trugotius Rex Suetiæ.
tius Rex Noruagiæ, qui paulò ante obitum, ex
Anglia in Noruagiam adduxerat Epiſcopos,
quorum ſedulo ſtudio, Deo cooperante, latè per
eas terras doctrina Euangelii promulgata eſt.
3 Poſt Libentium peruenit ad gubernacula Ec-
Vnuanus.
leſiæ Bremenſis, Vnuanus. Is Clementia &
Munificentia ſibi Principes vicinos deuin-
ciens, pacatè præfuit Annos ſedecim. Eius æta-
te claruerunt duo magni Reges, Canutus vi-
S. Olaus Rex Noruagiæ.
delicet in Dania, & Olaus in Noruagia.
Quorum hic à ſuis iniquè cæſus, atq; in nume-
ro Martyrum collocatus ſucceſſorem habuit
Canutus Magnus Rex Daniæ.
Canutum. Ille Regum omnium potentiſſi-
mus, ſingulos filios ſingulis præfecit Regnis, ac
Roma reuerſus cum Imperatore Conrado, in
Anglia è viuis deceſſit, circa tempora Ale-
brandi. Præfuerant enim ipſius ætate Eccleſiæ
4 Libentius
Bremenſi poſt Vnuanum, Libentius ſecun-
dus

*dus & Hermannus. Quibus ſuccedebat Alebrandus, vir impiger & peruigil in obeundis cunctis officii ſui muneribus, nihilq́ quod aut ad propagandam relligionem Chriſtianam, aut ad bona Eccleſiæ amplificanda, faceret, prætermittens.* 5 Hermannus. 6 Alebrandus.

# CAPVT PRIMVM.

Adaldagus ſucceſſor Vnni, Regi Ottoni fuit gratiſsimus, cuius fauore multum profuit Eccleſijs ſuo tempore. Adaldagus VII Archiepiſcopus Hamburgenſis.

*ADaldagus Archiepiſcopus ſedit Annos LIII. Iſte eſt qui nobis, vt dicitur, Rempublicam reſtituit, genere illuſtris, ætate iuuenis, decorus ſpecie, morumq́ probitate ſpecioſior.* Commendatio Adaldagi. *A choro ſumptus eſt Hiltineſhemenſi, conſanguineus & diſcipulus beati Adaluardi Ferdenſis Epiſcopi, cuius tunc vita probata, fama illæſa, & fides in Palatio erat cognitiſſima. Quem fe-*

runt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

runt etiam doctrinâ & miraculis celebrem, Slauorum populis eo tempore prædicaſſe, quo noſter Vnni ad Scythas legatus extitit, eius nimirum opera & teſtimonio commendatus in Curia Adaldagus, ferulam Paſtoralem ſuſcepit à magno Ottone: Pallium Archiepiſcopale ſumpſit à Papa Leone VII: manus impoſitionem, ſicut Prædeceſſores eius, à Mogentino Præſule. Nec dum autem Hamburgenſis cathedra habuit ſuffraganeos, quos huius Adaldagi ſtudio recipit.

Brema donata immunitate & Priuilegijs.

Adaldagus itaq; primo vt ingreſſus eſt Epiſcopatum, Bremam longo prius tempore poteſtatibus ac Iudiciaria manu compreſſam, præcepto Regis abſolui & inſtar reliquarum vrbium immunitate ſimulq; libertate fecit donari, præcepta Regis hæc continentia, præſto ſunt, & alia. Mox de legatione ſua, quæ pro gentium ſalute primò à deceſſoribus ſuis recepta, hoc ſibi ordine prouenit; vt quod alij in lacrymis ſeminauerunt, ipſe in gaudio meteret; toto, inquam, animi deſiderio ſuccenſus, æſtuabat, Quomodo perficeret, quod religioſo pietatis formabat affectu. Et quoniam diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, dedit ei Dominus ad voti ſucceſſum, & proſperitatem temporis & gratiam Regis, cuius ita vſus eſt familiaritate, quod à latere eius raro vnquam auelleretur. Nunquam tamen aut Parochiæ neceſſitati defuit, aut legationis ſuæ

Adaldagus carus Imperat: Ottoni.

coram

coram poſthabuit. Quin immò victorioſi & iuſtiſsimi Regis animum, in omnibus quæ DEI ſunt, paratum cernens, tum præcipuè ſtudium eius ad conuerſionem Paganorum incitare non ceſſauit. Quod etiam pro ſententia, ita euenit; Deo cooperante, & pijſsimi Regis dexteram in omnibus corroborante.

## CAPVT II.

Otto Imperator Daniam ingreſſus, eò rem deduxiſſe fertur, vt Haraldus Rex Daniæ cum Regina coniuge atq; filio baptizatus ſit.

Otto igitur Rex diuino fultus auxilio, quamprimum ab inſidijs fratrum ſuorum ereptus eſt, iudicium & iuſticiam populis fecit. Deinde poſtquam omnia ferme Regna, qui poſt mortem Caroli defecerant, ſuo imperio ſubiugarat: in Danos arma corripuit, quos antea Pater eius bello compreſsit. Enim verò tunc rebellare moliti, apud Hedaby legatos Ottonis cum Marchione trucidarunt, Omnem Saxonum Coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem vlciſcendam, Rex cum exercitu ſtatim inuaſit Daniam; tranſgreſſuſq; terminos Danorum, apud Sliaſwigh olim poſitos, ferro & igne vaſtauit totam Regionem, vſq; ad mare nouiſsimum, quod Nordmannos à Danis dirimit; & vſq; in præ-

Otto Imp. ingreditur Daniam.

Ita paucis Annis durauit hic Marchionatus Imperatorius.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Otteſund. ſentem diem, à victoria Regis Otteſund dicitur. Cui egredienti Haraldus apud Slaſwig occurrens, bellum intulit. In quo vtriſq; viriliter certantibus, Saxones victoria potiti ſunt; Dani victi ad naues ceſſerunt, tandemq; conditionibus ad pacem inclinatis, Haraldus Ottoni ſubijcitur, & ab eo Regnum ſuſcipiens, Chriſtianitatem in Dania recipere ſpopondit. Nec mora baptizatus eſt ipſe Haraldus cum vxore Gunild, & filio paruulo, quem Rex noſter à ſacro fonte ſuſceptum, SuenOtto vocauit.

Hæc pugnant cum ueritate.

Haraldus Rex Daniæ baptizatus.

Eo tempore Dania ciſmarina, quam Iutland incolæ appellant, in tres diuiſa Epiſcopatus, Hamburgenſi Epiſcopatui ſubiecta eſt. Seruantur in Bremenſi Eccleſia præcepta Regis, quæ ſignant Ottonem Regem in ſua ditione Regnum Danicum tenuiſſe, adeo vt etiam Epiſcopatus ille donauerit. In Priuilegijs autem Romanæ ſedis videri poteſt, quod Agapetus Papa Hamburgenſi Eccleſiæ de ſalute Gentium congratulatus, omnia quæ à deceſſoribus ſuis Gregorio, Nicolao, Sergio & cœteris, Bremenſi Archiepiſcopatui conceſſa ſunt, & ipſe conceſſit Adaldago. Cui etiam ſua vice, ius ordinandi Epiſcopos, tam in Daniam, quàm in Septentrionis populos, Apoſtolica autoritate conceſſit.

Epiſcopatus in Dania ordinati.

Igitur beatiſſimus Archiepiſcopus noſter primus ordinauit in Daniam, Haroldum ad Sleſuich, Liada-

Primi Epiſcopi Daniæ, Anno Domini 948.

*Liaſdagum ad Ripam, Reginbrundum ad Arbuſiam. Quibus etiam commendauit illas Eccleſias, quæ trans mare ſunt, in Fionia, Seland, & Scane, ac in Sueonia. Anno Archiepiſcopi factum eſt hoc XII. & hæc quidem initia cœleſtis Miſericordiæ, ſecutum eſt tale incrementum, Deo cooperante, vt ab illo tempore, vſq; in hodiernum diem, Eccleſiæ Danorum multiplici Borealium gentium fructu, redundare videntur.*

Placet narrationem Saxonis aliquanto diuerſam, ſed uero ſimiliorem aſcribere. Superueniente Haraldo, Cæſar Iutiam, utpote Regio ductu uacuam, nullo reſiſtente permenſus, quum lymici ſinus obiectu, tunc temporis Vendilam aquis claudentis, ulterius excurrere ueteretur, coniecta in undas lancea, non ſolum iter ad Eidoram reflexit, uerum & ſimilimum fugæ reditum habuit. Siquidem haſtam, cuius uſum habebat, maritimos in fluctus, relinquendi monumenti gratia, iaculatus, ſuum freto uocabulum indidit. Verum ut impetu grauis, ita exitu uanus apparuit. Haraldus quippe ardentiſsimo curſu abſcedentes hoſtium reliquias inſecutus, Epponem extremi agminis Ducem, cum ijs quos repperit, trucedauit, &c.

## CAPVT III.

Otto Imperator Slauos cogit ad fidem Chriſti; & primas in eorum terra extruit Eccleſias, Archiepiſcopus Colonienſis fruſtra nititur ſibi ſubijcere Bremenſem.

*FErunt etiam eo ipſo tempore fortiſsimum Regem Ottonem vniuerſos Slauorum populos, ſuo imperio ſubieciſſe; quoſq; Pater eius vno grandi prælio domuerat, ipſe Otto* Slaui ad fidē Chriſti conuerſi ab Ottone primo.

tanto deinceps DEI adiutorio conſtrinxit, vt tributum & Chriſtianitatem pro vita ſimul & patria libenter offerrent victori. Baptizatuſq; eſt totus Gentilium populus. Eccleſiæ in Slauonia, tunc primum conſtructæ, de quibus rebus circa finem, vt geſtæ ſunt, oportunius ſumus aliquid dicturi.

Eccleſiæ primum in Slauonia conſtitutæ.

Inuenimus adhuc in ſcrinijs Eccleſiæ noſtræ, Colonienſem Archiepiſcopum, qui tunc claruit, Brunonem, poſtquam Hamburg noſtram videt habere ſuffraganeos, veterem inſtauraſſe de Brema querelam, ſperans ſe quæ voluit, eo facilius adepturum, quod Regis erat filius Ottonis. Sed dum fruſtra laboraſſet omnibus modis, nec Papæ conſilium, nec Patris dicitur meruiſſe auxilium. Ita vir nobilis, idemq; ſapiens, autoritate Pontificis Adaldagi facilè ſuperatus, in gratiam, vt ſcribitur, cum ſatiſſactione redijt, prædicans Hamburgenſem Eccleſiam, quæ in tanto Gentilium periculo conſtituta ſit, non debere lædi ab aliquo: verùm dignam eſſe, quæ omni conſolationis amore foueatur, & celebretur ab omnibus vbiq; Eccleſijs.

Archiepiſcopus Colonienſis veterem renouat quærelam in Hamburgenſem Archiepiſcopatum.

Adhuc poſteris in memoria eſt, quendam Archidiaconum Pontificis Adaldagi, quia fideliter ei aſtiterit in præfata contentione, Ferdenſi ab Rege Epiſcopatu donatum, ſimul & alios fratrum, qui in prædicatione Danorum & Slauorum cum Archiepiſcopo ſtudioſi

dioſi fuerunt, pro labore ſuo maioribus aſſerunt cathedris intronizatos.

Nempe ſtudium Patris Adaldagi totum fuit in conuerſione Gentium, in exaltatione Eccleſiarum, in ſalutem animarum, pro cuius rei miniſterio meruit vir dilectus Deo, vt hominibus in veneratione haberetur, etiam inimicis.

## CAPVT IIII.

Qua ratione primum Hermannus Biling, ab infima ſorte, in Ducem Saxoniæ, per Ottonem Imperatorem excreuerit.

POſt hæc cum Rex victorioſiſſimus Otto, ad liberandum ſedem Apoſtolicam vocaretur in Italiam, conſilium fertur habuiſſe, quem poſt ſe vicarium poteſtatis, ad faciendam Iuſticiam relinqueret in his partibus, quæ barbaris confines ſunt terminis. Non dum enim poſt tempora Caroli, propter veteres illius gentis ſeditiones, Saxonia Ducem accepit, niſi Cæſarem. Qua neceſſitate Rex perſuaſus, Hermanno primum tutelæ vicem in Saxonia commiſit. De quo viro & progenie viri, quoniam tam Bremenſi Eccleſiæ, quàm alijs magno excidio ſurrexiſſe videtur, altius ordiri neceſſarium duxi.

Saxonia caruit ducibus aliquandiu.

Vir iſte pauperibus ortus natalibus, primò, vt aiunt, VII Manſis totidemq; manentibus ex hæreditate



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Herman-nus Biling ab infima ſorte in Ducem Saxoniæ excreſcit.

parentum fuit contentus. Deinde quod erat acris ingenij, decoriſq; formæ; cum pro merito fidei & humilitatis, quam dominis & paribus exhibuit, facile notus eſſet in Palatio, ad familiaritatem peruenit ipſius Regis. Qui comperta iuuenis induſtria, ſuſcepit eum in numero miniſtrorum, deinde nutricium præcepit eſſe filiorum. Mox etiam ſuccedentibus proſperis, commiſit ei vices præfectorum. In quibus officijs ſtrenuè admi-

Hermanni Seueritas.

niſtratis, dicitur manentes ſuos, pro furto in iudicium delatos, data ſententia, ſimul omnes damnaſſe ad mortem. Cuius nouitate facinoris, & tunc clarus in populo, & clariſſimus deinceps factus eſt in Palatio. Poſtquam verò Ducatum Saxoniæ meruit, iudicio & Iuſticia gubernauit Prouinciam, & in defenſione ſanctarum Eccleſiarum ſtudioſè permanſit vſq; in finem. Nam & Bremenſi Eccleſiæ ac matri Hamburg fidelis extitit, & deuotus. Multa bona faciens in fratres, & in omnes Saxoniæ congregationes.

Origo Ducum Saxoniæ.

De his infrà lib. 4.

Hunc Hermannum Bilichij filium, reuerſus ex Italia Imperator, creauit Ducem Saxoniæ, attributa ei in Saxonia, hæreditate Marchionis Gereonis. Ab hoc extiterunt Duces Saxoniæ, Hermannus, Benno, Hermannus, Ordolphus & Magnus. Qui tractum Luneburgenſem tenuerunt Annis circiter C X L. Poſtea Magno capto ab Henrico IIII, & carceris ſquallore enecato ſine prole maſcula, Ducatus deuenit, donatione Imperatoris, ad Lotharium.

CAPVT

## CAPVT V.

Otto Imperator ingreſſus Italiam, Iohannem Papam deponit, & filios Berengarij domat. Adaldagus peracta hac peregrinatione, in ſua cum gaudio reuertitur.

*IGitur tali viro pijſsimus Rex & Archiepiſcopus noſter vices ſuas, in hac Regione commendantes, in Italiam deceſſerunt, vbi Rex habito conſilio Epiſcoporum, Iohannem Papam, cui Octauiano cognomentum erat, multis accuſatum criminibus, deponi fecit, quamuis abſentem (nam fuga iudicium declinauerat) & in locum eius promtum Leonem ordinari. A quo ipſe mox coronatus, Imperator & Auguſtus à populo Romano conſalutatus eſt, Anno Regni XXVIII. Poſt coronatum Romæ Carolum CLIII.*

Iohannes XII Papa deponitur.

*Eodem tempore Imperator cum filio quinquennium in Italia commoratus, filios Berengarij debellauit, Romamq́; priſtinæ reddidit libertati. His diebus anniſq́; totidem, noſter Archiepiſcopus, apud quem ſumma conſiliorum pendebat, in Regno Italiæ conuerſatus eſt. Non ſponte, inquam, ſed quod à Regum latere diuelli non potuit. Ingens lucrum de peregrinatione ſua, Bremenſi Eccleſiæ parauit. Tunc enim collegiſſe traditur patrocinia Sanctorum, quibus nunc & in æuum*

Adaldagus comes Cæſari in Italia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*triumphat hoc noſtrum Epiſcopium. Fertur quia populus eius non ferens diuturnam boni Paſtoris abſentiam, nuncijs & literis metum ingerentibus, tandem effeciſſe, vt ſuum gregem reuiſere dignaretur. Cui etiam venienti perhibent ſuos & extraneos, itinere tridui occurriſſe, præ gaudio flentes, & quaſi alteri Chriſto clamabant dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

## CAPVT VI.

Benedictus Papa, in locum Iohannis XII, depoſiti à Populo Romano, ſurrogatus, iuſſu Ottonis Imperatoris, Hamburgam deportatus eſt.

Benedictus Papa Hamburgam deducitur in cuſtodiam, ubi expirauit 4 Nonas Iulij.

*Reuerſus ergo in Patriam Archiepiſcopus, ſicut audiuimus & cognouimus, & Patres noſtri narrauerunt nobis, duxit in comitatu ſuo Benedictum Papam ordinatum, ſed item ab Ottone depoſitum, quem ille in Hamburg cuſtodiæ mandari præcepit. Archiepiſcopus verò cum magno honore detinuit, vſq; ad obitum eius. Nam vir ſanctus literatuſq; dicitur fuiſſe, & qui dignus Apoſtolica ſede videtur à populo Romano, niſi quod per tumultum electus eſt, expulſo eo, quem ordinari iuſſit Imperator. Igitur apud nos, in ſancta conuerſatione viuens, alioſq; ſanctè viuere docens, cum iam Romanis poſcen-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*poſcentibus, ab Cæſare reſtitui deberet, apud Hamburg in pace queuit. Tranſitus eius IIII. Nonas Iulij contigiſſe deſcribitur. Præpoſitus illius temporis Bremæ claruit, Eilhardus vir ſpontanea paupertate clarus & cuſtos regulæ Canonicæ. Tuncq; Scholas Eccleſiæ noſtræ florentiſſimo ſtudio rexit Tyadhelmus, qui erat ex Diſcipulis magni Octrici Magdeburgenſis.*

*Archiepiſcopus autem reliquias ſanctorum Martyrum quas ab vrbe Roma portauit, magna per Parochias ſuas diligentia diſtribuit. Anteceſſores ſui DEO ſeruientium animarum quinq; cœnobia fundaſſe dicti ſunt. His ille ſextum addidit apud Baſilingim, vbi nobiliſſima virgo Chriſti Vendilgarth, & Pater eius Habdo nomine, totum Deo & ſancto viro Patrimonium ſuum offerens, magnam virginum turmam congregauit. Septimam in Freſia congregationem fecit ſanctorum virorum, de prædio & oblatione quarundam nobilium Matronarum, Reingerb & Vendilæ, vbi reliquias Sanctorum locauit, & alia alibi. Hæ ſunt reliquæ Sanctorum, quas Dominus Adaldagus ab Italia portauit, corpora Quiriaci & Cæſarij. Item Victoris & Coronæ, Felicis & Felicianæ, Coſmæ & Damiani.* Vendilgarth uirgo pia.

## CAPVT VII.

Adaldagus ſedulam gerit curam pauperum. Otto Imperator Magdeburgam extruit atq; Adalbertum eius loci conſtituit Archiepiſcopum.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

CVmq; ſanctus Pontifex omnium Eccleſiarum ſuarum paternam, vt apparet, ſolicitudinem gereret, Xenodochij Bremenſis dicitur magnam habuiſſe curam; quod ipſe multo maioribus auxit redditibus, quàm anteceſſores eius, adeo vt præter hoſpites, qui frequentèr ſuſcipiebantur, quotidie paſcerentur in hoſpitali pauperes XXIIII. In quo miniſterio fideliſſimus extitit Libentius Pontifex, quem ſecum duxit ab Italia.

Adaldagi cura pro pauperibus.

Ipſo tempore Magnus Otto ſubiugatis, Chriſtianæq; fidei copulatis Slauorum gentibus, inclytam vrbem Medenburg ſuper ripas Albiæ fluminis condidit. Quam Slauis Metropolim ſtatuens, Adalbertum ſummæ Sanctitatis virum ibidem conſecrari fecit Archiepiſcopum. Is primus in Magdeburg ordinatus XII Annis ſtrenuè Pontificatum adminiſtrauit, multoſq; Slauorum populos prædicando conuertit. Cuius ordinatio facta eſt, Anno Imperatoris & noſtri Archepiſcopi XXXV, & ſunt Anni poſt ordinationem Sancti Anſgarij CXXXVII.

Magdeburg ſuper Albim condita ab Ottone.

Adalbertus primus Archiepiſcopus Magdeburgenſis ordinatus Anno Domini 971.

## CAPVT VIII.

Archiepiſcopatui Magdeburgenſi, ſubiecti ſunt Epiſcopi quinq;. Fines Archiepiſcopatus Hamburgenſis indicantur.

Magd.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

MAgdburgenſi Archiepiſcopatui ſubiecta eſt tota Slauonia vſq; Penem fluuium. Epiſcopatus ſuffraganei quinq;, quorum Merſiburg * Iyſcia ſuper Salam flumen condita; Miſna vero ſuper Albiam, Brandenburg & Heuelbierg interius vadunt. Sextus Epiſcopus Slauoniæ eſt Aldinburg. Eum, quod vicinior eſt nobis, Imperator Hamaburgenſi Archiepiſcopatui ſubiecit, ibiq; Archiepiſcopus noſter primum ordinauit Epiſcopum Curaccum vel Eduardum, quem latini dicunt Euagrium. Et quoniam occaſio ſe locorum præbuit, vtile videtur exponere, quæ Gentes trans Albiam, Hamburgenſi pertinentes ſint diocœſi. Hæc clauditur ab Occidente, Oceano Britanico; à Meridie Albia fluuio; ab Oriente, Pene fluuio, qui currit in mare Barbarum. Ab Aquilone verò Egdore fluuio, qui Danos dirimit à Saxonia. Tranſalbianorum Saxonum populi ſunt tres: Primi ad Oceanum ſunt Thiedmarſi, & eorum Eccleſia mater in Milindorp. Secundi + Olcetæ dicti à ſyluis, quas accolunt, eos Stiriba flumen interfluit; Eccleſia Scanefeld. Tertij & nobiliores Sturmarij dicuntur, eò quod ſeditionibus, ea gens frequens agitur. Inter quos Metropolis Hamburg caput extollit, olim viris & armis potens, agro & frugibus felix: nunc vero peccatorum vindictæ patens, in ſolitudinem

Epiſcopi quinq; ſubiecti Archiepiſcopo Magdburgenſi.

* circen uocat Helmoldus.

Primus Epiſcopus Aldinburgenſis.

Termini Archiepiſcopatus Hamburgenſis.

+ Holſati.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

redacta eſt. Et quamuis decorem vrbis amiſerit, vires adhuc retinet Metropolis, viduitatis ſuæ damna conſolans, in prouentu filiorum: quos per totam Septentrionis latitudinem ſuæ legationi quotidiè videt accreſcere. De quibus tam læta etiam clamare videtur, annunciaui, & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.

Pſal: 39.

## CAPVT IX.

### Termini ac limites Saxoniæ, itemq; Oceani Orientalis.

Limites

INuenimus quoq; limitem Saxoniæ, quæ trans Albiam eſt, præſcriptum à Carolo & cæteris Imperatoribus, ita ſe continentem, hoc eſt, ab Albiæ Ripa Orientali, vſq; ad riuulum, quem Slaui Meſcenreiza vocant, à quo ſurſum limes currit per ſyluam Delunder, vſq; in fluuium Delundam: Sicq; peruenit in Houebembici & Hilimpring, inde ad Ziuduinſten, & Viſpircon & Hyrzing progreditur. Tunc in Harbiſtenon, vadit vſq; in Trauennam ſyluam, ſurſumq; per ipſum in Bulinlunchin; mox in Crimeſou, & rectè ad vadum, quod dicitur Agrimeſuidel, aſcendit. Vbi & Byurguido fecit duellum contra campionem Slauorum, interfecit eum, & lapis in eodem loco poſitus eſt in memoriam. Ab eadem igitur

Trauenna fluuius eſt, prope quam condita eſt Lybic ciuitas.

Duellum.

aqua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

aqua ſurſum procurrens terminus, in ſtagnum Colſe vadit. Sicq; ad Orientalem campum venit Zuentifeld, vſq; in ipſum flumen Zuentinam, per quem limes Saxoniæ vſq; in pelagus Scyticum, & mare quod vocant Orientale, dilabitur. De cuius freti natura breuitèr in geſtis Caroli meminit Einhardus, cum de bello diceret Slauonico.

Zuentina fluuius. Zuentina fluuius oritur à lacu, in qua ciuitas Plinne ſita eſt, & mergitur in mare Scythicum.

Sinus, ait, quidam ab Occidentali Oceano Orientem verſus, porrigitur longitudinis quidem incompertæ, latitudinis vero quæ nuſquam C milia paſſuum excedat, cum in multis locis contractior inueniatur. Hunc multæ circumſedent nationes, Dani quidem ac Sueones, quos Nordmannos vocamus, & Septentrionale littus, & omnes in eo Inſulas tenent. Ad littus Auſtrale Slaui, & aliæ diuerſæ incolunt nationes, inter quos, vel præcipui ſunt, quibus tunc à Rege bellum inferebatur, Vuilzi, quos ille vna tantum & quam per ſe geſſerat expeditione; Ita contudit ac domuit, vt vlterius imperata facere minimè renuendum iudicarent.

Maris Oceani Orientalis deſcriptio ab Einhardo.

## CAPVT X.

### Slauoniæ amplitudo & eius incolæ diuerſi.

HÆc ille. Nos autem quoniam mentio Slauorum toties incidit, non ab re arbitramur, ſi de natura & gentibus Slauoniæ, Hiſto-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

rico aliquid dicamus compendio, eo quod Slaui eo tempore, ſtudio noſtri Pontificis Adaldagi, narrantur ad Chriſtianam religionem ferè omnes conuerſi.

Slauoniæ deſcriptio.

Slauonia igitur ampliſsima Germaniæ prouincia, à Vinulis incolitur, qui olim dicti ſunt Vandali, decies maior eſſe, quàm noſtra Saxonia, fertur, præſertim ſi Bohemia, & eos qui trans Oddaram ſunt Polonos, quia nec habitu, nec lingua diſcrepant, in partem adieceris Slauoniæ. Hæc autem Regio, cum ſit armis, viris & frugibus opulentiſsima, firmis vndiq; ſaltuum & fluminum terminis clauditur. Eius latitudo eſt à Meridie in Boream, hoc eſt, ab Albia fluuio vſq; ad mare Scyticum. Longitudo autem illa videtur, quæ initium habet ab noſtra Hamburgenſi Parochia, & porrigitur in Orientem infinitis aucta ſpacijs, vſq; in Benguariam, Vngriam, & Græciam. Populi Slauorum multi, quorum primi ſunt ab Occidente confines Tranſalbianis, Vagri, eorum ciuitas Aldinburg maritima. Deinde ſequuntur Obotriti, qui numero Keregi vocantur, & ciuitas eorum Magnopolis. Item verſus nos Polabingi, quorum ciuitas Raziſburg. Vltra illos ſunt Lingones & Varnabi. Mox habitant Chyzini & Circipani, quos à Tholoſantibus & Reteris ſeparat fluuius Panis, & Ciuitas Dymin. Ibi eſt terminus Hamburgenſis Parochiæ. Sunt & alij Slauorum popu-

Trans Odderam primo habitant Pomerani, Deinde Polani, qui à latere habent, Pruxelanos.

Latitudo.

Longitudo.

Populi & incolæ Slauoniæ.

populi, qui inter Albiam & Odderam degunt, ſicut Helueldi, qui iuxta + Haloam fluuium, & Doxani, Leubuzi, Vilini, & Stoderani, cum multis alijs.

Hi quatuor populi Tholoſantes & Reteri, Chizini & Circipani, dicti ſunt Vilzi uel Leutici à fortitudine.

+ Hailam.

## CAPVT XI.

### De Simulacro Rhedegaſt apud Rhetarios.

INter quos medij & potentiſſimi omnium ſunt Rhetarij. Ciuitas eorum vulgatiſſima Rethre, ſedes Idolatriæ. Templum ibi magnum conſtructum eſt Dæmonibus, quorum princeps Redigaſt. Simulacrum eius auro, lectus oſtro paratus. Ciuitas ipſa nouem partes habet, vndiq; lacu profundo incluſa, pons ligneus tranſitum præbet, per quem tantum ſacrificantibus, aut reſponſa petentibus via conceditur. Hæc eo ſignificante cauſam, quod perditas animas eorum, qui Idolis ſeruiunt, congruè nouies Styx interfuſa coercet. Ad quod Templum ferunt à ciuitate Hamburg iter eſſe quatuor dierum.

Rethre ciuitas Slauoniæ.

Idolum Rethegaſt.

Idolum Redigaſt fortè nomen habet à Metropoli Rethre, quaſi ſpiritus Rethrorum. Et ciuitas ubi collocata fuerit, à nemine exprimitur, niſi quod in Terra Stargardiæ quod ſonat ciuitatis magnæ, ea collocata fuerit. Vnde in hunc uſq; diem tota ditio Magnopolenſis nomen accepit, quod uſq; in diem hodiernum obſeruat. Huius Idoli mentio fit infrà lib. 4. cap. 12.

Rethegaſt Idolum Slauorum.

# CAPVT XII.

## Ampliſsima ad Odderam Ciuitas Iumne, quam Helmoldus Vinnetam vocat.

Iumne ampliſsima Slauorum ciuitas.

VLtra Leuticos, qui alio nomine Vilſi dicuntur, Oddora flumen occurrit, ditiſsimus amnis Slauonicæ Regionis. In cuius Oſtio, qua Scyticas aluit paludes, nobiliſsima Ciuitas Iumne celeberrimam præſtat ſtationem Barbaris & Græcis, qui ſunt in circuitu. De cuius præconio vrbis, quia magna quædam & vix credibilia recitantur, volupe arbitror pauca inſerere digna relatu. Eſt ſane maxima omnium, quas Europa claudit ciuitatum, quam incolunt Slaui cum alijs gentibus Græcis & Barbaris. Nam & aduenæ Saxones, parem cohabitandi legem acceperunt, ſi tamen Chriſtianitatis cultum vel titulum, ibi morantes non publicauerint. Omnes enim adhuc Paganicis ritibus oberrant. Cæterum maioribus moribus & hoſpitalitate, nulla gens honeſtior aut benignior poterit inueniri. Vrbs illa mercibus omnium Septentrionalium nationum locuples, nihil non habet iucundi aut rari. Ibi eſt Olla Vulcani, quod incolæ Græcum ignem vocant, de quo etiam meminit Solinus. Ibi cernitur Neptunus triplicis naturæ: tribus enim fretis alluitur illa Inſula, quorum aiunt vnum eſſe viridiſsimæ ſpeciei. Alterum ſubalbidæ motu furibundo perpeſæuit tempeſtatibus.

De hoc infrà cap. 18. & Saxo lib. 10.

Neptunus triplicis naturæ.

Locus mutilus.

Locum



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Locum mutilum eſſe apparet. Tertij enim freti ſpecies non eſt expreſſa, quæ tertiam Vulcani naturam ſuppleret. De Olla Vulcani & igne græco quod affert, credo eum reſpicere aut ad Inſulas Vulcanias aut Aetnam. De ijs agit Solinus cap. 12. & earum alteram Hieram, Vulcano ſacram, & plurimum colle eminentiſſimo ardere, affirmat. De Aetna agit cap. 11. his uerbis: Aetna, ait, Vulcano ſacer eſt. In cuius uertice hiatus duo ſunt, Crateres nominati, per quos eructatus erumpit uapor, præmiſſo prius fremitu, qui per æſtuantes cauernarum latebras, longo mugitu intra terræ uiſcera diu uoluitur, nec ante flammarum globos attolit, quam interni ſtrepitus antecedant, &c. Olla Vulcani. Solinus cap. 12. Cap. 11.

Ollarum Vulcani in Sicilia meminit Sigebertus in ſua Chronologia ad Annum Chriſti 998. Sigebertus.

## CAPVT XIII.

### Nauigatio in Ruſsiam. Odderæ & Albiæ ortus ac exitus.

*AB illa ciuitate breui remigio trahuntur ad Diminem Vrbem, quæ ſita eſt in oſtio Peanis fluuij; Vbi & Rhuni habitant. Ibi ad Semland prouinciam, quam poſſident Pruzzi, iter eiuſmodi eſt, Vt ab Hamburg Vel ab Albia ſeptimo die peruenias ad Iumnẽ ciuitatem per terram. Nam ſi per mare nauim ingrediens, ab Slaſwig Vel Aldenburg, Vt peruenias Iumnem, ab ipſa Vrbe Vela tendens, quartodecimo die aſcendes ad Oſtrogord Ruziæ. Cuius Metropolis ciuitas eſt Chyue, æmula ſceptri Conſtantinopolitani, quod clariſſimũ decus eſt Græciæ. Sicut ergo prædictum eſt, Oddora flumen oritur in profundiſſimo ſaltu Maracorum, Vbi & Albia noſtra princi-*

Iumne ciuitas Slauoniæ. Chiue Metropolis Ruſſiæ. Oddora. Albis.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

principium ſortitur, nec longis ab inuicem ſpacijs, ſed diuerſo currunt meatu. Alter enim, id eſt, Oddora vergens in Boream, tranſit per medios Vinulorum populos, donec pertranſeat ad Iumnem, vbi Pomeranos diuidit à Vilzis. Alter verò, id eſt Albia, in Occaſum ruens, primo impetu Bohemos alluit cum Scarabis, medio curſu Paganos dirimit a Saxonia, nouiſsimo Alueo Hamburgenſem Parochiam ſcindens à Bremenſi, victor Oceanum ingreditur Britannicum.

Sorabi uicini Bohemorum.

Hæc de Slauis & Patria eorum, quoniam virtute Magni Ottonis ad Chriſtianitatem eo tempore omnes conuerſi ſunt, dicta ſufficiant. Nunc ad ea quæ poſt mortem Imperatoris & reliqua tempeſtate noſtri Pontificis acta ſunt, calamus dirigatur.

## CAPVT XIIII.

Tres ordine Ottones Romano præſunt Imperio. Hermannus Dux Saxoniæ obiens, reliquit poſt ſe filium Bennonem.

ANno Pontificis Adaldagi XXXVIII, magnus Imperator Otto dominator omnium Septentrionis nationum, feliciter migrauit ad Dominum, & ſepultus eſt in Ciuitate ſua Magdeburg. Cuius filius Otto medianus ſuccedens, per decem Annos ſtrenuè gubernauit Imperium.

Otto primus moritur Anno 973.

rium. Is ſtatim Lothario & Carolo Francorum Regibus ſubactis, cum in Calabriam bellum tranſferret, à Saracenis & Græcis victor & victus apud Romam diſceſsit. Illi tertius Otto cum adhuc puer eſſet in Regnum ſubſtitutus, Annos XXVIII forti & iuſto ſceptrum ornauit Imperio.

Otto II moritur Anno 983.

Otto III mortuus Anno 1002.

His tribus æquè fortiſsimis ac iuſtiſsimis Imperatoribus tam carus ac familiaris erat Sanctus Adaldagus, pro virtutum merito & doctrinæ Magiſterio, vt à latere eorum vix aut raro diuelleretur. Sicut oſtendunt præcepta Imperatorum ad nutum Archiepiſcopi diſpoſita, in quibus etiam hoc eſt notandum, quod Tertius Otto conſiſtens in Vildashuſin præcepta fecit.

Eodem tempore Hermannus Dux Saxonum obiens, hæredem ſuſcepit filium Bennonem, qui etiam vir bonus & fortis memoratur, excepto quod degenerans à Patre populum rapina grauauit. Apud Magdeburg quoq; defuncto Pontifice Adalberto Giſhilarius ſucceſsit in Cathedram, vir ſanctus, qui nouellos Vinilorum populos, doctrina & virtutibus illuſtrauit.

Benno Dux Saxoniæ.

## CAPVT XV.

### Potentia & Pietas Haraldi Regis Daniæ.

HAraldus Rex Danorum religione ac fortitudine inſignis, Chriſtianitatem in Regno ſuo iam dudum benignè ſuſcepit, & conſtan-

Laus Haraldi Bladtand Regis Daniæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſtantèr retinuit vſq; in finem, vnde & Regnum ſuum Sanctitate & Iuſticia confirmans, vltra mare in Nordmannos & Anglos ſuam dilatauit potentiam. Emund filius Erici, tunc in Sueonia regnauit, is Haraldo confederatus Chriſtianis eò venientibus placabilis fuit. In Noruagia Hacon Princeps erat, quem dum Nordmanni ſuperbius agentem Regno depellerent, Haraldus ſua virtute reſtituit, & Chriſticolis placatum effecit. Hacon iſte crudeliſſimus ex genere Inguar, & giganteo ſanguine deſcendens, primus inter Nordmannos Regnum arripuit, cum ante à Ducibus regerentur. Igitur Hacon XXXV Annis in Regno exactis obijt, Hartildum relinquens ſceptri hæredem, qui ſimul Daniam poſſedit atq; Nordmanniam. Anglia vt ſupra diximus, & in geſtis Anglorum ſcribitur, poſt mortem Gudredi, à filijs eius Analaph, Sigtbric, & Reginold, per annos ferè C permanſit in ditione Danorum. Tunc verò Haraldus, Hiring filium cum exercitu miſit in Angliam, qui ſubacta Inſula, tandem proditus & occiſus eſt à Nordumbris.

Haquinus Rex Noruagiæ.

Noruagica quæ hoc loco attingit noſter Autor, non ita bene explicat. Ea in hunc modum ſe habent. Primus Rex Noruagiæ, qui ſolus rerum potitus eſt, fuit Haraldus pulcricomus. Is numeroſam poſt ſe reliquit Sobolem Ex qua ipſi ſucceſſit in Regno, Ericus cognomento Blodøxe. Qui non ita multo tempore præfuit, antequam expelleretur ab Haquino Adelſtenio Is fuit Haraldi filius naturalis, primus Rex chriſtianus in Noruagia, ad Regem Angliæ Adelſtenum, educationis gratia

Haraldus pulcricomus, primus Rex Noruagiæ

tranſmiſſus in pueritia; Poſtea Regno & uita priuatus eſt, ab Haraldo Graafelder filio Erici, quem Regno reſtituit Haraldus Blaatand Rex Daniæ. Hæc breuis narratio lucem afferet Saxoni, initio libri Decimi. De rebus Anglicis ſuprà lib. 1. cap. 35.

Series primorum Regum Noruagiæ.

## CAPVT XVI.

### Epiſcopi in Dania ordinati ab Adaldago.

*ADaldagus igitur Archiepiſcopus ordinauit in Daniam plures Epiſcopos, quorum nomina quidem reperimus. Ad quem vero ſedem ſpecialiter intronizati ſunt, haud facile potuimus inuenire. Æſtimo ea faciente cauſa, quod pro rara Chriſtianitate nulli Epiſcoporum adhuc certa ſedes deſignata eſſet, verùm ſtudio plantandæ Chriſtianitatis, quiſq; in vlteriora progreſſus, verbum DEI tam ſuis, quàm alienis communitèr prædicare certabant. Hoc hodieq; trans Daniam, per Nordmanniam & Sueoniam facere videntur. Igitur Epiſcopi qui in Daniam ordinati ſunt; vt Hored, Liafdag, Ragimbrond, & poſt eos Harig, Stercolff, Folgbractt, Adalbrictt, Merha, & alij. Odinkarum ſeniorem ferunt ab Adaldago in Sueoniam ordinatum, ſtrenue in gentibus legationem ſuam perfeciſſe. Erat enim ſicut nos fama tetigit, vir ſanctiſſimus, & doctus in his, quæ ad DEVM ſunt. Præterea quantum ad ſæculum, nobilis & origine Danus. Vnde & facile barbaris quælibet potuit*

Primi Epiſcopi Daniæ non habebant certas ſedes.

Suprà capite 2.

Ottinkarus ſenior, Danus nobilis pius & doctus.

 de no-

de noſtra Religione perſuadere. Cæterum verò Epiſcoporum vix aliquem ſic clarum antiquitas prodit, præter Liafdagum Ripenſem, quem dicunt etiam miraculis celebrem, trans marina prædicaſſe: hoc eſt, in Sueonia vel Noruegia.

Ottinkarus candidus ex ſtirpe Regia Danorum.

Hic Ottinkarus fuit ex ſtirpe regia Danorum. Pater eius fuit Dux Vinlandenſis, in Cimbria ſeptentrionali à cuius obitu tertia pars Vindaliæ, ad ipſum iure hærediario deuoluta eſt. Nomen hoc proprium ipſi inde inditum autumant, quod Deo Othino carus extiterit. Qua etiam ratione Salomon à Nathane dictus eſt Dedidia. Cognomen familiæ erat ipſi, ac nepoti quoq;, ab appellatione candoris, & exiſtimant multi, gentilitium inſigne ipſis fuiſſe ſtellam candidam, quo hodie, mutato certis de cauſsis colore, uti putatur familia Gyldenſternorum, quæ inprimis etiam hodie floret in Dania. Sed eam cauſſam hoc diſceptare loco, non eſt fortè tempeſtiuum. Meminit huius Ottinkari Saxo lib. 10. Crantzius in Metropoli, & Autor noſter infrà libro hoc eodem cap. 26.

Gyldenſternorum familia.

## CAPVT XVII.

### Epiſcopi Aldenburgenſes. Eccleſiæ paſsim in Slauia erectæ.

IN Aldinburgo ordinauit Archiepiſcopus primo, vt diximus, Eguardum vel Euuargum: deinde Vegonem: poſtea Eziconem, quorum tempore Slaui permanſerunt Chriſtiani. Ita etiam Hamburg in pace fuit. Eccleſiæ in Slauonia vbiq; erectæ ſunt. Monaſteria etiam virorum ac mulierum DEO ſeruientium conſtructa ſunt plurima. Teſtis eſt Rex Danorum, qui hodieq; ſupereſt, Suen: cum recitaret Slauoniam in duodeuiginti Pagos diſpertitam eſſe. Affirmauit nobis abſq; tribus

Eccleſiæ Slauoniæ.

Sueno Eſtritius Rex Daniæ.

bus, ad Chriſtianitatem omnes fuiſſe conuerſos, adijciens etiam Principes eius temporis Miſsiza, Nachon, & Sederich, ſub quibus, inquit, pax continua fuit, Slaui ſub tributo ſeruierunt. Principes Slauiæ.

Duodecim numerat Eccleſia Aldenburgenſis Epiſcopos, quorum hæc ſunt nomina; Marcus, Eguardus, Vago, Ezico, Folquardus, Reginbertus, Bruno, Meinerus, Abelinus, Ezo, Vicelinus, Geroldus. Huius poſtremi temporibus, Anno Domini 1163, tranſlata eſt Epiſcopalis ſedes & dignitas Lubecam, ubi in hodiernum uſq; diem remanet. Epiſcopi Aldenburgenſes.

## CAPVT XVIII.

### Haraldus Rex Daniæ profligatus à filio Suenone, vitam cum Regno amiſit.

NOuiſsimis Archiepiſcopi temporibus res noſtræ inter Barbaros fractæ. Chriſtianitas in Dania turbata eſt, pulcriſq; diuinæ Religionis initijs inuidens inimicus homo ſuperſeminare Zizania conatus eſt. Nam tunc SuenOtto, filius magni Haraldi Regis Danorum, multas in Patrem molitus inſidias, quomodo eum iam longæuum, & minus validum Regno priuaret, & conſilium habuit cum his, quos Pater eius ad Chriſtianitatem inuitos coëgit. Subitò igitur facta conſpiratione, Dani Chriſtianitatem abdicantes, Suen Regem conſtituunt, & Haraldo bellum indicunt. At ille ab initio Regni ſui totam ſpem in Deo poſuerat, tum verò & maxime Chriſto commendans euentum rei, cum

Ciuile bellum in Dania ortum.

Haraldus Rex Daniæ Regno exutus &, uita à filio.

bellum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*bellum execraretur, armis ſe tueri decreuit: Et quaſi alter Dauid procedens ad bellum, filium lugebat Abſolon, magis dolens illius ſcelus, quàm ſua pericula.*

Parricidium.

*In quo miſerabili & pluſquam ciuili bello, victa eſt pars Haraldi. Ipſe autem vulneratus ex acie fugiens, aſcenſa naui elapſus eſt ad Ciuitatem Slauorum, quæ Iumnę dicitur, à quibus contra ſpem, quia Pagani erant, receptus, poſt dies aliquot ex eodem vulnere deficiens, in confeßione Chriſti migrauit. Corpus eius in Patriam reportatum ab exercitu apud Roſchild ciuitatem ſepultum eſt, in Eccleſia, quam ipſe primus conſtruxit, in honorem ſanctæ Trinitatis.*

Iumne.

ædes Trinitatis Roſkildiæ, hodie dicitur Templum Lucij.

*De cuius fine, cum iſtum pronepotem ſuum, qui nunc in Dania regnat, Suen interrogare maluerim, velut alter Tydeus, crimen Aui reticuit, me vero parricidium exaggerante; hoc eſt, ait, quod poſteri nos luimus, & quod ipſe paricida ſuo piauit exilio. Vt ille noſter Haraldus, qui populo Danorum Chriſtianitatem primus indixit, qui totum Septentrionem prædicatoribus & Eccleſijs repleuit; ille, inquam, innocens vulneratus, & pro Chriſto expulſus, martyrij gloria, vt ſpero, non carebit.*

Haraldus Rex Daniæ inter Martyres recenſetur.

Extat apud Helmoldum eadem huius rei geſtæ narratio & apud Saxonem quoq; noſtrum lib. 10. copioſior. Is quam Autor noſter Iumne uocat, Iulinum nuncupat. Helmoldus Vinnetam appellat. Eius urbis frequens eſt apud hos & alios Autores mentio, ex quibus de ea qui plura cognoſcere uelint, exquirant.

Helmoldus cap. 15.

Iulinum. Vinneta. Iumne.

# CAPVT XIX.

## Miracula ad ſepulcrum Haraldi edita, Obitus Adaldagi.

*REgnauit autem Annos L. Obitus eius contigit in feſtiuitate omnium Sanctorum. Memoria eius & vxoris Gunild apud nos perpetua manebit. Hæc in diebus Adaldagi Pontificis facta comperimus, cum tamen eius virtutes explorare non omnes potuimus. Sunt autem qui affirmant, & tunc cum adhuc viueret, & poſt mortem, ad ſepulcrum eius, per eum gratias ſanitatum factas. Ad ſepulcrum eius ſermo fratrum eſt, cæcos frequentèr illuminatos, frequentèr & alias contigiſſe virtutes. Certiſſimum vero eſt eum tam noſtro populo, quàm Tranſalbinis & Freſonum genti, leges & iura conſtituiſſe, quæ adhuc pro autoritate viri ſeruare contendunt. Interea ſenex fidelis Adaldagus de legatione ſua, voti compos effectus, & in omni opere ſuo domi foriſq; proſperatus, in ſenecta vberi migrauit ad Dominũ, anno Sacerdotij nobilitèr adminiſtrati LIII. Cuius Anno Domini DCCCLXXXVIII. tranſitus contigit. Et ſepultus eſt in Eccleſia Bremenſi, à capite Leuderici Epiſcopi, à meridionali plaga, obijtq; indictione prima, IIII Kalendarum Maij.*

Anno Domini circiter 986.

Gunild Coniunx Haraldi Regis Daniæ.

Miracula quæ ad ſepulcrum Regis Daniæ Haraldi contigiſſe feruntur.

Obitus Adaldagi Anno Domini 988.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Epitaphium Regis Haraldi.

Haraldum Regem cæſum Anno Domini Nongenteſimo octuageſimo, apparet ex poſtremis duobus uerſibus, Epitaphij ipſius, antiquitus ad tumulum eius, Roſkildiæ in æde Trinitatis, aſcriptis:

Poſt natale DEI, dum ſcripſimus Octoaginta
Nongentos, meruit ſcandere celſa poli.

## CAPVT XX.

### Succedit Adaldago Libentius, homo literatus & deuotus, & plurima virtute inſignis.

Libentius VIII Archiepiſcopus Hamburgenſis.

Otto iſte uir nobiliſſimus, apud Magdeburg uiceDominus & Canonicus.

*LIbentius ſedit Annis XXV. Pallium ſuſcepit à Papa Quintodecimo Iohanne: virgam Epiſcopalem meruit ab Otthone tertio, primus omnium conſecratus eſt à ſuffraganeis. Itaq; vir literatiſſimus, & omni morum probitate decoratus, ab Italia quondam Pontificem ſequutus eſt Adaldagum. Cuius vitam æmulatus & Magiſterium, ſolus ex diſpoſitione tanti Patris dignus inuentus eſt; cui Hamburgenſis cura Parochiæ crederetur. Dicunt aliqui viceDominum Ottonem licèt Auunculo gloriatus ſit, Pontifice Adaldago, ceſſiſſe tamen huius electioni Libentium. In quo nihil reprehenſibile vel inimicus poſſit obijcere. Dicunt eum tantæ Caſtitatis, vt raró ſe mulieribus videndum præbuerit; tantæ abſtinentiæ, vt pallida ieiunijs ora portauerit; tantæq; Humilitatis vel Charitatis, vt in Clauſtro, ſicut vnus fratrum,*

Commendatio Libentij.

*fratrum, vixerit. Multæ virtutes eius, quippe contentus acquiſitis, rarò curiam adijt pro acquirendis. Domi ſedens quietus, Parochiæ ſuæ curam egit diligentiſſimam, totumq́ſtudium vertens ad lucra animarum, diſtrictiſſima, vt aiunt, regula cuſtodiuit omnes congregationes ſuas. Archiepiſcopus etiam per ſe curam Hoſpitalis egit: fratribus infirmis quotidiano miniſtrans obſequio: ipſe quoq; vice ſua Xenodochium nepoti commendauit Libentio. Dum adhuc pax eſſet in Slauia, Tranſalbianos populos frequentèr viſitauit, & matrem Hamburg paterno fouit amore. Legationem ſuam ad gentes, magno, vt deceſſores eius, ſtudio exequutus, licet obſtaret dierum malitia.*

Cura pauperum.

## CAPVT XXI.

Sueno Rex Daniæ atrocia perpetrans ſcelera, atrocibus punitur pœnis.

*QVo tempore cum magnam Suen Rex perſequutionem Chriſtianorrm exercuiſſet in Dania, fertur Archiepiſcopus ſupplicibus legatis & crebis muneribus laboraſſe, vt ferocis animum Regis, Chriſtianis redderet manſuetum. Quibus ille relictis, in ſua crudelitate ac perfidia ſæuire cœpit. Secuta eſt vltio diuina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum ſuſciperet contra Slauos, bis*

Sueno Rex Daniæ ſentit ultionem diuinam.

*captus & in Slauiam ductus, totiens à Danis ingenti pondere auri redemptus eſt. Nec tamen adhuc reuerti voluit ad DEVM, quem primò in morte Patris offendit, & deinde in nece fidelium irritauit, & iratus eſt furore Dominus, & tradidit eum in manus inimicorum ſuorum, vt diſceret non blaſphemare.*

Sueno Rex Daniæ bello Scanico uictus à Rege Sueciæ.

*Tunc potentiſsimus Rex Sueonum Hericus, exercitu innumerabili, ſicut arena maris, collecto, Daniam inuadit, & occurrit ei Suen derelictus à DEO, fruſtra ſperans iu Idolis ſuis. Multa vtrinq; bella noualia. Sic enim ea gens confligere ſolet, copiæ Danorum omnes obtritæ; Hericus Rex victor obtinuit Daniam. Suen à Regno depulſus, dignam factis ſuis à DEO zelote recepit mercedem. Et hæc nobis iunior Suen recitauit, in Auo ſuo contigiſſe, iuſto Dei iudicio, quoniam illum dereliquit, quem Pater eius bonum deſenſorem habuit.*

Locus in Saxonis lib. 10. emendatus & reſtitutus.

Copioſius iſta ſingula à Saxone noſtro lib. 10. ſunt expoſita. Vbi indicatur uictum Suenonem ab Erico Sueco, bello Scanico. Sed quod Daniam occuparit uniuerſam Ericus, neq; ipſe exprimit, neq; præter hunc quiſquam alius. Anno enim exilij ſeptimo, reuerſus Sueno Regnum recuperauit. Quod indicandum hoc loco cenſui, propter locum in Saxone mutilum & turpiter ſcriptoris uitio corruptum.

## CAPVT XXII.

**Piratæ Aſcomanni Saxoniam vaſtant, & magnam cladem incolis inferunt.**



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

FErunt eo tempore claſſem Piratarum, quos noſtri Aſcomannos vocant, Saxoniæ appulſam ac vaſtaſſe omnia Freſiæ atq; Hadulæ maritima. Cumq; per Albiæ fluminis oſtium aſcendentes, irrumperent in Prouinciam, tum congregati Saxonum magnates, cum paruum habuiſſent exercitum, egredientes à nauibus apud Stadium barbaros exceperunt, quod eſt oportunum Albiæ præſidium & portus, magnum & memorabile, minuſq; felix erat illud prælium, in quo virilitèr vtriſq; certantibus, noſtri tandem minores ſunt reperti. Sueones & Dani victores totam virtutem Saxonum obtriuere. Capti ſunt ibi Marchio Sigafridus, Comes Thiadricus, & alij illuſtres viri, quos vinctis poſt terga manibus, Barbari traxerunt ad naues, & pedes eorum catena ſtrinxerunt, totam exinde Prouinciam impunè deprædantes. Sed dum de captiuis ſolus Marchio Sigafridus cuiuſdam Piſcatoris auxilio furtim noctu ſublatus euaderet, Piratæ mox in furorem verſi, omnes quos in vinculis tenuerunt meliores, ad ludibrium habentes, manus eis, pedeſq; truncauerunt, ac nare præciſa deformantes, ad terram ſemianimes proiiciebant. Ex quibus erant aliqui nobiles viri, qui poſtea ſuperuixerunt multo tempore, opprobrium

De hoc Marchione Sigafrido fertur, quod propter Sacrilegium à maligno uexatus ſit Spiritu, uſq; dum bona Eccleſiæ reſtitueret.

Aſcomanni piratæ irrumpunt in Friſiam.

Marchio Sigafridus uexatus à maligno ſpiritu.

Clades ingens Friſonum.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Aſcomanni uiciſſim cæſi.

imperio, & miſerabile ſpectaculum omni populo. Quam plagam mox cum exercitu ſuperuenientes Dux Benno & Sigafridus Marchio vindicabant; & illi quidem piratæ, quos apud Stadium egreſſos fuiſſe diximus, ab eoſdem contriti ſunt.

## CAPVT XXIII.

### Aſcomannorum alter exercitus infeliciter pugnans, in Heriuad cæſus eſt.

ALtera pars Aſcomannorum, qui per Viraam flumen egreſſi Habele, vſq; ad Liſtemonam deprædati ſunt, cum maxima captiuorum multitudine peruenerunt ad paludem, quæ dicitur Glindiſmore. Vbi à noſtris qui pone ſequebantur, offenſi, omnes vſq; ad vnum obtruncati ſunt: quorum numerus erat XX milia.

Helmoldus hunc equitem Heruardum nominat.

Quidam eques ſaxonum captus ab eis, dum facerent eum ducem itineris ſui, perduxit eos in difficiliora loca paludis, in qua diu fatigati, leuitèr à noſtris ſuperati ſunt. Heriuad nomen habet, perenni laude Saxonum celebratur.

Helmoldus cap. 15.

Anno Domini circiter 1016.

Aſcomanni Dani.

Quæ exiſtat Aſcomannorum uocabuli ratio aut origo, nemo ueterum, quod ſciam, memoriæ prodidit. Helmoldus de his loquitur in hunc modum: Suen Regno potitus, in ſua crudelitate ſæuire cæpit, grauiſsimam in Chriſtianos perſecutionem exercens. Conſurrexeruntq; omnes iniqui in finibus Aquilonis, gaudentes uel tunc patere malitiæ ſuæ locum, bellis ſcilicet & perturbationibus, cœperuntq; finitima regna uexare terra mariq;. Primum ergo conflato nauali exercitu, remigantes

mare Britannicum breui compendio appulerunt littoribus Albiæ fluminis &c. Crantzius, qui alioquin bonam ſuorum Chronicorum partem accepit atq; transſcripſit ab hoc noſtro Autore, dicit hanc irruptionem factam temporibus Canuti filij Canuti Magni, lib. 4. Metropolis, cap. 25.

Anno Domini circiter 1041.

Porro Stratagemati huius Friſici equitis, aliud non diſsimile, nuper commemorauit nobis, uir clariſsimus Chriſtoferus Valkendorf. Quod quum admodum facetum ſit, & ad laudem gentis gnaræ & gnauæ faciat, breuibus referemus. Feruente bello, quod Comitis uulgus appellauit Danicum, infeſtum reddiderant uniuerſum mare Balthicum, piratæ, genus hominum, omnium qui uiuunt, perditiſsimum. Illi, ut fieri ſueuit, rapinis immo uerius furtis aſſueti, etiam confecto bello, redierunt ad ingenium; æmulantes in eo naturam Suum, in ſegetes maturas graſſari iam aſſueſcentium, uel potius Canum, de quibus eſt in uerſu, Vt canis a corio non abſterrebitur uncto. Prodeuntes itaq; horum quidam, è portu Trauennæ Lubecenſium, quorum prius militarant auſpiciis, Fioniæ applicuerunt, non procul à portu Suenburgenſi. Ibi Liburno ſuo egreſsi, quum aliquandiu populabundi totam uiciniam peruagati fuiſſent, præda bene onuſti, reditumq; maturantes, fortè fortuitò ruſticum oblatum, inuitum ſecum nauigare coëgerunt, ea maximè de cauſa, ut eius ductu ſecurius, difficiles Fioniæ oras, non admodum bene ſibi perſpectas ſuperarent. Hic probus Gubernator, homo, ut apparet, non obeſæ naris, ubi ad clauum conſedit, recta in portum Suenburgenſem, plenis uelis Liburnum adegit; ita artificioſa aſtutia, ut & nauis profundiſsimæ immergeretur glareæ, & ipſe ſaltu incolumis inſiliret in littus uicinum. Quo facto, dum piratæ, in reducenda in altum naui, occupati deſudant, interea ipſe urbem feſtinanter ingreſſus, uniuerſum facinus ciues edocet. Horum uiginti extemplo duos inſcendentes Lembos, à binis lateribus Inſulæ obiectæ urbi, hoſtes inuadere ſatagunt. Horum unus, cui præfuit Nicolaus Bang, hoſtes ſubitò aſſecutus, atq; his magno animo congreſſus, uictor extitit. Is ſuccenſentibus, gloriæ pluſquam prædæ æmulis, ijs qui in altero ſocio poſtea ſuperueniebant lembo, cum triumpho ad conciues urbe effuſos & rei euentum ſolicitè præſtolantes reuerſus, cum tripudio exceptus eſt. Præda iis quibus erepta fuit, reſtituta eſt; Autores ſceleris, iuſto & miraculoſo Dei iudicio ad ſupplicium pertracti, ita benignè tractati ſunt, ut ſtaturæ cuiuſq; As pedalis (ut eſt in prouerbio Danico) tantummodo ademptus ſit.

Memorabile Stratagema ruſtici Fionici.

Suenburga ciuitas Fioniæ.

Nicolaus Bang.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXIIII.

### Terror nominis Nordmannici apud Saxones.

Brema muro circumdata.

EX illo nimirum tempore piratarum, crebra & hoſtilis eruptio facta eſt in hanc Regionem. In metu erant omnes Saxoniæ Ciuitates, & ipſa Brema muro muniri cœpit firmiſsimo. Tunc quoq; ſicut aliqui meminerunt Libentius Archiepiſcopus theſaurum Eccleſiæ, omniaq; Eccleſiaſtica deportari fecit ad Buggenenſem præpoſituram. Tantus erat Timor in omnibus finibus huius Parochiæ. Nam & ipſe Libentius, vt ſermo eſt, piratas, qui Epiſcopatum vaſtabant, Anathemate damnauit. Quorum vnus fertur in Noruegia defunctus per LXX Annos, corpore integro permanſiſſe, vſq; ad tempora Domini Adalberti Archiepiſcopi, quando Adaluardus Epiſcopus illius veniens defunctum abſoluit, & mox cadauer in cinerem ſolutum eſt.

Mira ſi uera.

Piraticam qua de cauſa exercuerint Nordmanni.

Danis pariter atq; Noruagis hoc in more poſitum antiquitus compe-rimus, quod frequentes ſuſceperint, non in uicinas tantum, ſed etiam remotiſsimas terras, expeditiones. Quod inde (ut alia nunc taceam) factũ eſt, quod ſæpe copioſam poſt ſe reliquerint ſobolem Reges, ac quum ſingulis liberis pro dominandi libidine non ſufficere uiſa ſit Patria, alij eorum domi Regnum patrium adminiſtrarunt, alij claſſe atq; commeatu inſtructi, maris imperium ex uſu & commodo ſuo gubernandum ſibi uindicarunt. Neq; etiam dubium eſt, ipſos huius plagæ Septentrionalis incolas, bellis continuis aſſuetos & quaſi innutritos, quum domi pace multò maximè creſcerent, nec quo, Marte clarerent, haberent, foris gloriæ & nominis illuſtrandi materiam, bello atq; armis quæſiuiſſe.

Septentrionales bellis aſſueti.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Quod de Noruago Anathemate percuſſo aſſerit, id commentum ad ſtabiliendum fatui Antichriſti fulminis terrorem, allatum haud dubiè exiſtimandum eſt.

## CAPVT XXV.

### Suen Tiugſkeg exul, repulſus à Noruago & Anglo, à Scotorum Rege benigne exceptus, baptizatur.

*POſt vindictam ergo ſcelerum, quæ in Eccleſias DEI & Chriſtianos commiſerat, Suen Rex victus, & à ſuis deſertus, quippe quem Deus deſeruit, erràbundus & inops auxilij, venit ad Nordmannos, vbi tunc filius Haconis Thrucco regnauit. Is quoniam Paganus erat, nulla ſuper exulem Miſericordia motus eſt. Ita ille infœlix, & à toto orbe reiectus, in Angliam tranſfretauit, fruſtra ſolatium quærens ab inimicis. Quo tempore Britannis Adelraad filius Edgaris imperauit. Is non immemor iniuriarum, quas Dani ex antiquo Anglis inflixerant, exulem repulit. Quem tandem, miſeratus infortunij, Rex Scotorum benignè ſuſcepit. Ibiq; Suen bis ſeptem Annos exulauit vſq; ad mortem Erici. Hæc parricidæ, aui pericula, Suen Rex nobis attonitis expoſuit. Deinde ad Hericum victorem reflexit narrationem.*

Exilium Suenonis Regis Daniæ.

Adelradus Rex Angliæ.

Diuerſa eſt hæc noſtri Autoris narratio, à Saxone & Hectore Boetio Saxo exilij tempus ponit Annorum tantũ ſeptem & ad Regem Noruagiæ Olaum, filium Trucconis diuertiſſe ait, non ad Trucconem ipſum, nam Regiam is dignitatem nunquam quod legimus, uſurpauit. Hector

Saxonis narratio diuerſa lib. 10.

 Boethius

Hector Boetius lib. undecimo.

Boethius lib. xı. aſtipulatur Saxoni, quem etiam hoc in loco illum & legiſſe & ſecutum eſſe apparet. Ait enim crebris detrimentorum incurſibus laceſſitum Suenonem, exulem extorremq;, ab Olao Noruagiæ regimen gerente ſpretum, auxilium quod fruſtra à Diuo Eduardo Anglo petiuerat, à Scotis, ad ueram pietatem, ſacris eorum Sacerdotum monitis, conuerſum impetraſſe, eoq; fretum in Regnum reſtitutum. Idem, quæ poſtea bella mouerit in Anglos Sueno, libro dicto copioſe exponit, quòd à Saxone noſtro prætermiſſum, à rerum Danicarum ſtudioſis, minimè prætermittendum eſt.

## CAPVT XXVI.

**Poppo Epiſcopus duo inſignia edit miracula. Vterq; Ottinkarus Huide, ob pietatis & eruditionis laudem, illuſtris.**

Popponis Epiſcopi Aarhuſienſis miracula.

Saxo lib. 10

Alii referunt ad annum Domini 966.

*HEricus, inquit, duo Regna obtinuit, Danorum Sueonumq;, & ipſe Paganus Chriſtianis valde inimicus. Ad eum fertur legatus fuiſſe Cæſaris ac Hamburgenſis Epiſcopi, quidam Poppo, vir ſanctus & ſapiens, & tunc ad Slaſuich ordinatus, de Regno Danorum ſeu pace Chriſtianorum, Cæſaris partes expoſtulans. Aiuntq; eum pro aſſertione Chriſtianitatis, cùm Barbari, ſuo more ſignum quærerent nil moratum, ſtatim ferrum ignitum tractaſſe manu, & illæſum apparuiſſe.*

*Dumq; hoc, facile omnem gentilibus ambiguitatem erroris tollere videretur, iterum Sanctus Dei pro ſubmouendo illius gentis Paganiſmo, aliud dicitur oſtendiſſe vel magnum miraculum: Tunicam ſcilicet*

induṫus ceratam, cum ſtaret in medio populi circo, in nomine Domini præcepit eum incendi. Ipſe verò, oculis & manibus in cœlum tenſis, liquentes flammas, tam patienter ſuſtinuit, vt prorſus ambuſta veſte, & in fauillam redacta, hilari, & iucundo vultu, fumum incendÿ ſenſiſſe teſtatus ſit. Cuius nouitate miraculi, & tunc multa milia crediderunt per eum, & vſq; hodie per populos & Eccleſias Danorum celebre nomen Popponis effertur. Hæc aliqui geſta apud Ripam confirmant. Alÿ apud Hedeby, quæ Slaſuich dicitur.

Claruit etiam tunc in Dania, felicis memoriæ, Odinchar ſenior, de quo ſuprà diximus, qui in Fionia, Seland, Scane ac in Suedia prædicans, multos ad chriſtianam fidem conuertit. Eius Diſcipulus & Nepos fuit alter Odinkar iunior, & ipſe nobilis, de Regio ſemine Danorum, diues Agri, adeò vt ex Patrimonio narrant Epiſcopatum Ripenſem fundatum. Quem dudum Bremæ Scholis traditum, Pontifex Adaldagus ſuis fertur manibus baptizaſſe, ſuoq; nomine Adaldagus vocatus eſt. Is verò à Libentio Archiepiſcopo, nunc ordinatus in Gentes, apud Ripam ſedem accepit. Nam & illuſtri vita ſanctæ conuerſationis Deo & hominibus acceptus erat, & Chriſtianitatem fortiſſimè in Dania defendit.

Ottinkarus candidus, ſenior.

Iſte Odinkar in Angliam ductus eſt à Chnut Rege, ibiq; eruditus litteris. Deinde Galliam diſcendo peruagatus, Sapientis & Philoſophi nomen accepit. Vnde Domino carus nomen ſortiri meruit.

Ottinkarus iunior.

Suprà capite 16.

## CAPVT XXVII.

### Olaus Thrucconis Rex Noruagiæ ad fidem Chriſti conuerſus eſt. Ericus Rex Suetiæ conuerſus, ad Paganiſmum relapſus creditur.

*HOs verò comperimus illo tempore claros in ea Regione, alijs qui adhuc ſuperuixerunt à diebus Adaldagi non ocioſis. Qui etiam in Noruegiam progreſſi, populum multum Ieſu Chriſto collegerunt. A quibus traditur Olaph Thrucconis filius, qui tunc Nordmannis imperauit Baptizatus, ex ea gente, primus fuiſſe Chriſtianus.*

Olaus Trugotius Rex Noruegiæ baptizatur.

*Olaph Thrucunſøn expulſus à Noruegia venit in Angliam, ibiq; ſuſcepit Chriſtianitatem, quam primus in Patriam reuexit, duxitq; vxorem à Dania ſuperbiſsimam Thorem, cuius inſtinctu bellum Danis intulit.*

Euangelium ex Anglia propagatum in Regna Septentrionalia.

*Alij dicunt olim & tunc, ab Anglia quoſdam Epiſcopos vel Preſbyteros Euangelizandi gratia egreſſos à Domino, abuſq; Olaph baptizatum & cæteros. Quorum præcipuus erat Iohannes quidam Epiſcopus, & alij poſtea dicendi. Si hoc verum eſt, non inuida eſt, inquam, Mater Hamburgenſis Eccleſia, ſi filijs ſuis benefecerint etiam extranei, dicens cum Apoſtolo; Quidam prædicant per inuidiam & contentionem: Quidam autem propter bonam voluntatem & charitatem.*

Vide ſuprà lib. 1. cap. 7.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

tem. Quid enim? dum omni modo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur, & in hoc, inquit, gaudeo & gaudebo.

Hericus igitur Rex Suedorum, in Dania conuerſus ad Chriſtianitatem, ibiq; baptazatus eſt. Qua occaſione prædicatores in Suediam tranſeuntes à Dania, fiducialiter agebant in nomine Domini. Audiui ego à prudentiſſimo Rege Danorum, Hericum, poſt ſuſceptam Chriſtianitatem, denuo relapſum ad Paganiſmum; quod vero cum Otthone III pugnauerit & victus eſt, ab alijs comperij; Rex tacuit.

Erici Regis Suetiæ recidiua in Paganiſmum.

## CAPVT XXVIII.

### Sueno ducta Matre Olai Regis Suetiæ, redit ad Regnum Daniæ, & fidem Chriſti ſuſcipit.

POſt mortem diu optatam Herici, Suen' ab exilio regreſſus obtinuit Regnum Patrum ſuorum; Anno depulſionis ſuæ & peregrinationis XIIII. Et accepit vxorem Herici relictam Matrem Olaph, quæ peperit ei Chnut. Sed nihil profuit ei affinitas Connubij, cui Deus iratus eſt. Olaph Rex Sueonum chriſtianiſſimus erat, filiamq; Slauorum Eſtred nomine, de Obotritis accepit vxorem Ex qua genitus eſt filius Iacobus, & filia Ingred, quam Rex Sanctus Gerſleff de Rußia duxit in Coniugem.

Sueno Rex Daniæ ducit Sigritham, Matrem Olai Regis Suetiæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Olaph ſauè, qui poſt obitum Patris Herici Regnum ſuper Suecos accepit, cum exercitu ſuperueniens, infelicem Suen, à Regno expulit & ipſe obtinuit Daniam. Cognouit autem Suen, quod Dominus ipſe eſt Deus, & reuerſus in ſemetipſum peccata ſua præ oculis habuit, penitenſq; orauit ad Dominum, qui exaudiuit eum, & dedit illi gratiam in conſpectu inimicorum, & reſtituit eum Olaph in Regnum ſuum, eò quod Matrem ſuam habuerit. Feceruntq; pactum firmiſſimum, vt Chriſtianitatem in Regno ſuo plantatam retinnerent, & in exteras effunderent nationes.

Sueno redit in Daniam.

Diſcordia Hiſtoricorum hoc loco.

Saxo lib. 10.

Diſcrepant inter ſe hoc loco Hiſtorici omnes. Aliter hæc narrat Dominus Iſleuus in Chronicis ſuis Noruagicis, & aliter hæc acta commemorat Saxo Grammaticus. Neq; eſt diuerſitas tantum in rerum narrationibus, uerum etiam in perſonarum nominibus, atq; adeo etiam temporum notatione,

## CAPVT XXIX.

### Olaus Trugotus Rex Noruagiæ, cæſus eſt à Suenone Rege Daniæ in freto Helſingburgenſi.

Bellum inter Danos & Noruagos.

AVdiens autem Rex Nordmannorum Olaph, filius Trucis, de coniunctione Regum, iratus eſt contra Suen, ratus eum quaſi derelictum à Deo, totienſq; depulſum, à ſua etiam multitudine facile poſſe depelli. Collecta igitur claſſe innumera bellum intulit Regi Danorum,

*rum. Hoc factum eſt inter Scaniam & Seland, vbi ſolent Reges nauali bello confligere. Eſt autem breuis traiectus Baltici maris Helſingburgh, in quo loco Seland & Scania videri poteſt, familiare latibulum piratis. Ibi ergo congreſſi, Nordmanni à Danis victi & fuſi ſunt. Olaph Rex qui fortè ſolus remanſit, in mare ſe præcipitans, dignum vitæ finem inuenit. Vxor eius poſt mortem mariti fame inediaq; miſerabiliter vitam conſumpſit, vt dignum fuit.*

Helſingburga.

Rex Noruagiæ uictus à Danis.

*Narrant eum aliqui Chriſtianum fuiſſe, quidam Chriſtianitatis deſertorem, omnes autem affirmant per ritum Auguriorum, Seruatorem ſortium, & in auium prognoſticis omnem ſuam ſpem poſuiſſe. Quare etiam cognomen accepit, vt Olaph diceretur. Nam & artis Magicæ, vt aiunt, ſtudio deditus, omnes, quibus illa redundat Patria, maleficos habuit domeſticos, eorumq; deceptus errore perijt.*

Olaus dictus à bubone ob Auguriorum uſum.

*Quo interfecto, Suen duo Regna poſſedit. Ipſe igitur mox deſtructo ritu Idolatriæ, Chriſtianitatem in Noruegia per edictum ſuſcipi iuſſit. Tunc etiam Gotebaldum quendam ab Anglia venientem, Epiſcopum in Scania poſuit doctorem, qui aliquando in Suedia, ſæpe dicitur Euangelizaſſe, etiam in Noruagia. Interea milleſimus ab incarnatione Domini annus, feliciter impletus eſt, & hic eſt annus Archiepiſcopi duodecimus.*

Sueno Rex Daniæ ab exilio rediens, duo Regna pro uno recepit.

Gotebaldus Anglus, Epiſcopus Scaniæ.

Anno Domini 1000.

*Copioſius*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Chronicon Noruagicum ſcriptum ab Epiſcopo Iſleuuo & Domino Aruido.

Copioſius hoc bellum Noruagicum deſcriptum eſt à Saxone noſtro, lib. 10. & copioſiſsime in Hiſtoria Noruagica, quam Domino Iſleuuo Epiſcopo & Domino Aruido aſcribunt. Imprimis uerò illud eſt in uniuerſa Hiſtoria memorabile, quod de Enaro Tambaſkelmiro, Sagittario Noruago, memoriæ proditum eſt. Is ſagittandi peritia omnibus facile quotquot id temporis in ea arte excellerent, antecellebat. Ita ut grauiſsimos ictus, atq; eoſdem pariter certiſsimos faceret, à ſcopo neq; aberrans neq; leues inferens clades. Quod quum ſagittarij Dani animaduerterent, non tam hominem ipſum, quam arcum telis oppetendum exiſtimabant, ut læſo atq; deſtructo arcu, certam ad uictoriam ſibi aperirent aditum. Congeſtis itaq; atq; collimatis aceruatim in dictum Enarum ſagittis, una forte arcui impacta, eum inhabilem atq; conflictui planè inutilem reddidit. At Olaus Rex Noruagiæ audito arcus fragore, quum quæ eſſet ruptura facta inquireret, hoc retulit ab Enaro reſponſum: Mihi arcus, tibi Regnum e manibus hac ruptura ereptum eſt. Cui uaticinio reſpondit ſtatim euentus, exitus miſerabilis & deſperati Regis Olai Trugotij, quemadmodum commemorat Autor noſter.

Enarus Tambaſkelmirus Sagittarius Noruagus.

Acutè dictum.

## CAPUT XXX.

### Poſt mortem Ottonis Imperatoris, Slaui deficientes à fide chriſtiana, Chriſtianos paſsim ſupplicijs affecerunt, & Eccleſias incendio vaſtarunt.

Thiadricus erat Marchio Slauorum, cuius ignauia coegit eos fieri deſertores.

*SEquenti anno fortiſsimus Ottho Imperator, qui iam Danos, Slauos, itemq; Francos, & Italos domuerat, cùm iam tertiò victor Romam intraſſet, immatura morte præuentus occubuit. Post mortem eius Regnum in contentione remanſit. Tunc verò & Slaui à Chriſtianis iudicibus*

Otto III. moritur Anno Domini 1002.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*bus plus iuſto compreſsi, excuſſo tandem iugo ſeruitutis, libertatem ſuam armis defendere coacti ſunt. Principes Vinulorum erant Mizzidrog & Miſtrouuoi, quorum ductu ſeditio inflãmata eſt. His Ducibus Slaui rebellantes, totam primò Nordalbingiam, ferro & igne depopulati ſunt. Deinde reliquam peragrantes Slauoniam, omnes Eccleſias incenderunt, & ad ſolum vſq; diruerunt. Sacerdotes autem reliquos Eccleſiarum Miniſtros, varijs ſupplicijs enecantes nullum Chriſtianitatis veſtigiũ trans Albiam reliquerunt.*

Sermo eſt, Ducem Slauoniæ petiiſſe Neptim Ducis Bernardi pro filio ſuo: eumq; promiſiſſe. Itaq; Princeps Vinulorum miſſo filio cum Duce in Italiam, cum 1000 Equitibus eos omnes fere amiſit. Reuerſus ex Italia petijt ſibi promiſſam, quam Thiadricus Marchio intercepto conſilio, conſanguineam dicens, negabat ei dandam.

Slaui à fide Chriſtiana deficiunt.

Dux Bernardus illudit Duci Slauiæ.

Grauis perſecutio in Saxonia.

*Apud Hamaburg eo tempore ac deinceps multi ex Clero & Ciuibus in captiuitatem abducti, plures etiam interfecti, propter odium Chriſtianitatis. Narrauit nobis diu memorandus Rex Danorum, & qui omnes Barbarorum geſtas res in memoria tenuit, ac ſi ſcriptæ eſſent, Aldinburg ciuitatem populoſiſsimam de Chriſtianis inuentam eſſe, Sexaginta, inquit, Preſbyteri, cæteris, more pecudum obtruncatis, ibi ad ludibrium ſeruati ſunt, quorum maior loci Præpoſitus, Oddor nomen*

Sueno Rex Daniæ antiquitatis peritiſsimus.

Aldenburg ciuitas eſt Slauorum, qui Vagri dicuntur, diſtat itinere unius diei ab Hamaburg.

Aldinburga ciuitas Vagriæ.

Miſtiuoi quum nollet Chriſtianitatem deſe-

Miſtiuoi.

*Oddor Præpoſitus Aldinburgenſis conſanguineus Regis Daniæ.*

*vere, depulſus à Patria, apud Barbaros conſenuit fidelis.*

habuit, noſter conſanguineus. Ille igitur cum cæteris tali martyrio conſummatus eſt, vt cute capitis in modum crucis inciſa, ferro cerebrum ſingulis aperiretur. Deinde ligatis poſt tergum manibus, profeſſores Dei per ſingulas ciuitates Slauorum tracti ſunt, aut verbere, aut alio modo vexati, vſq; dum deficerent. Ita illi ſpectaculum facti, & Angelis & hominibus in ſtadij medio, exhalauerunt victorem ſpiritum.

*Thiadricus ab honore omni & hæreditate deiectus, præbendarius apud Magdeborg mala morte, ut dignus fuit, uitam finijt.*

*Thiadrici Comitis infauſtus exitus.*

## CAPVT XXXI.

### Multi Chriſtiani Martyrij coronam acceperunt, in hac Slauorum perſecutione.

*Martyres innumeri in Dania & Slauonia.*

MVlta enim in hunc modum per diuerſas Nordalbingorum prouintias tunc facta memorantur, quæ ſcriptorum penuria habentur pro fabulis. De quibus cum amplius Regem interrogarem; Ceſſa, inquit, fili, tantos habemus in Dania vel Slauonia Martyres, vt vix poßint libro comprehendi.

Omnes igitur Slaui, qui inter Albiam & Oddoram habitant, per annos LXX & amplius, Chriſtianitatem coluerunt, omni tempore Otthonum, taliq; modo ſe

do ſe

*do ſe abſciderunt à corpore Chriſti & Eccleſiæ, cui ante coniuncti fuerant.*

*O verè occulta ſuper homines Dei iudicia, qui miſeretur, cui vult, & quem vult indurat. Cuius omnipotentiam mirantes, videmus eos ad Paganiſmum eſſe relapſos, qui primi crediderunt: illis conuerſis ad Chriſtum, qui nouiſſimi videbantur. Ille igitur iudex, iuſtus, fortis, & patiens, qui olim, deletis coram Iſraël VII gentibus Chanaan, ſolos reſeruauit Allophylos, à quibus transgreſſi punirentur. Ille, inquam, modicam gentilium portionem nunc indurare voluit, per quos noſtra confunderetur perfidia.*

Rom. 9.

Mirabile iudicium Dei.

*Bella quæ Imperatores Romani & Saxoniæ Principes, aduerſus Slauos ſub prætextu Religionis geſſerunt, declararunt eos magis bonorum & prædæ ſtudioſos (quemadmodum & hodie paſſim fieri uidemus) quam Animarum gentis Slauiæ. Quo etiam non immerito factum eſt, ut his incurſionibus eorum Animos magis irritarint quam placarint, uſq; adeo ut ſumptis armis, domi uim hoſtilem minime expectandam ducentes, in uicinorum late ditiones populabundi progreſſi ſint; quemadmodum hoc loco & alibi ab Autore noſtro euidenter indicatum eſt.*

## CAPVT XXXII.

### Epiſcopi Cimbricæ Cherſoneſi poſtremis Libentij temporibus. Obitus Libentij.

*HÆc facta ſunt vltimo tempore ſenioris Libentij, ſub Duce Bernardo, filio Hermanni, qui populum Slauorum grauiter afflixit.*

Dux Bernardus.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

xit. Eodem tempore contentio Ferdenſis Epiſcopi Bernarij, de Ramſolan coram Papa Sergio terminata eſt. Anno igitur Archiepiſcopi XXII. Benno Dux Saxonum obijt, & Liudgerus frater eius, qui cum vxore ſua venerabili Emma, Bremenſi Eccleſiæ plurima fecerunt bona. Apud Magdeburgh verò Giſilhario Archiepiſcopo Daganus ſucceſſit. Deinde Valdardus meruit cathedram. Interea noſter Archiepiſcopus de legatione ſua in gentes ſollicitus, plures ordinauit Epiſcopos, quorum nomina & ſedes incertæ ſunt, quia tempus perſequutionis incubuit. Sicut enim patrum relatione cognouimus, Eſico apud Slaſuig Popponi ſuccedit: Odinkar, de quo ſuprà diximus, apud Ripam inſignis fuit. Et ſermo eſt, poſt obitum Adaldagi Archiepiſcopi totam Regionem Iuthland, vſq; ad noſtram ætatem, in duos Epiſcopatus bipartitam eſſe: tertio apud Arhus deficiente. In Slauoniam verò ordinauit Archiepiſcopus Folquardum; deinde Reginbertum. Quorum prior à Slauonia pulſus, in Sueoniam vel Nordmanniam miſſus eſt ab Archiepiſcopo, & ipſe multos in Domino lucratus, cum gaudio remeauit. Poſthæc omnibus benè compoſitis, obijt beatus Archimandrita LIBENTIUS, vnaq; Ferdenſis Epiſcopus.

Ramſolan ſita eſt in Epiſcopatu Ferdenſi, non longe à uico Bardorum. Eam Epiſcopus Ferdenſis ſibi regendam petijt à Pontifice Romano per Legatum Oddonem, ut habet Priuilegium.

Ramſolan.

Dux Benno cum ſua Coniuge Emma.

Epiſcopi in Cimbria.

Iuthland.

Epiſcopatus Arhuſienſis ad tempus deſiit.

Obitus Libentij Anno Domini 1013.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſcopus, Anno Domini MXIII. & ſepultus eſt in medio Chori, ante gradus Sanctuarij, quod factum eſt pridie nonas Ian: indictio: XI.

## CAPVT XXXIII.

Vnuanus ſuccedens Libentio, cum laude officio functus, grauiſsimum habuit aduerſarium Bernardum Ducem Saxoniæ, quem mediante Cæſare tandem habuit ſibi placatum & deuinctum.

Vnuanus IX Archiepiſcopus Hamburgenſis.

VNuanus Archiepiſcopus ſedit Annos XVI. Ferulam ſuſcepit ab Henrico; Pallium à Papa maiore Benedicto, de Choro Paderburnenſi aſſumptus eſt. Clariſſimo genere Immedingorum oriundus. Præterea diues & largus, omnibus hominibus acceptus. Clero autem adprimè beneuolus, quibus etiam, hortatu Libentij tunc Præpoſiti, cortem Botegun obtulit.

Sermo eſt, hunc per Simoniacam peſtem intronizatum. Nam maximam habuit hæreditatem, cuius partem unam dedit Imperatori, alteram obtulit Eccleſiæ quam piè gubernauit. Tertiam reliquit conſanguineis. Senex uenerabilis, amator pauperum.

Simonia.

Cuius ſeruitium eſſet per natales Apoſtolorum. Vnuamus primus omnium, congregationes ad Canonicam Regulam traxit, quæ anteà quidem mixta, ex Monachis & Canonicis, conuerſatione degebant. Ille omnes ritus Paganicos, quorum adhuc Superſtitio viguit in hac Regione, præcepit funditus amoueri, ita

Ritus Paganici ab Vnuano extirpati.

vt ex lucis, quos noſtri paludicolæ, ſtulta frequentabant reuerentia, faceret Eccleſias duodecim renouari, ex quibus etiam Baſilicam Sancti Viti extra oppidum conſtrui, & Capellam S: Villehadi combuſtam, iuſsit reparari.

Brema munitur.

Ipſo tempore ferunt aggerem Bremenſis oppidi firmatum, contra inſidias & impetus inimicorum, præcipuè quoniam Dux Bernardus Henrico Imperatori auſus rebellare, terruit ac turbauit omnes Eccleſias Saxoniæ. Ex illo enim tempore, quo Dux conſtitutus eſt in hac Regione; nunquam diſcordia ceſſauit, inter geminas domos ſcilicet Archiepiſcopi & Ducis. Illis impugnantibus Regem & Eccleſiam, iſtis pro ſalute Eccleſiæ certantibus. Hæc æmulatio partium, dum prius occulta eſſet, ex eo tempore vires accepit, & creuit in immenſum. Bernardus enim Dux, tam auitæ humilitatis, quàm paternæ Relligionis oblitus, primò quidem per Auaritiam, gentem Vinulorum crudeliter opprimens, ad neceſsitatem Paganiſmi coëgit. Deinde per Superbiam, beneficiorum immemor, totam ſecum ad rebellandum Cæſari, mouit Saxoniam. Nouiſsimè ſurgens in Chriſtum, Eccleſias huius Patriæ non dubitauit impugnare, præcipuè verò noſtram, qui & ditior eo tempore cæteris, & longinquior videbatur à manu Imperatoris.

Bernardus Dux Saxoniæ irrequietus.

Eius

Eius impetum viri, dicitur noſter Archiepiſcopus Vnuanus, ſua magnitudine taliter refregiſſe, vt præ pudore ſapientiæ ac libertatis Epiſcopi, cogeretur ipſe Dux, Eccleſiæ, cui antè aduerſatus eſt, deinceps hilaris & benignus eſſe in omnibus. Igitur habito noſtri Pontificis conſilio, rebellis Princeps tandem flexus, apud Scalchiſburg Cæſari Henrico ſupplex dedit manus. Moxq́; fauente Vnuano, Slauos tributo ſubijciens, pacem reddidit Nordalbingis & matri Hamaburg.

Dux Bernardus pacatur.

## CAPVT XXXIIII.

### Epiſcopi Daniæ tempore Vnuani.

AD cuius inſtaurationem venerabilis Metropolitanus aſſeritur poſt Slauonicam cladem, ciuitatem & Eccleſiam feciſſe nouam, ſimul ex ſingulis congregationibus ſuis, quæ virorum eſſent, tres eligens fratres, ita vt XII fierent, qui in Hamaburg Canonica degerent conuerſatione, vel qui populum conuerterent ab errore Idolatriæ.

Ottinkar filius erat Tuchi Ducis Vinlandenſis, & ſedem habuit in Ripa. Nam & tertia pars Vinlandiæ patrimoniū eius fuiſſe narratur, & tamen uir tantarum diuitiarum, miræ fuit continentiæ. Cuius unum uirtutis exemplum comperi, quod omni Quadrageſimali tempore, ſemper altero die intermiſſo iuſſit ſe uerberibus affligi, à quodam ſuo Preſbytero.

Eccleſia Hamburgenſis reſtauratur & innouatur.

Ottinkar Huide.

Canonicorum olim quæ officia.

Ordinauitq́; in Slauoniam, mortuo Reginberto, Bennonem virum

pruden-

*prudentem, qui de fratribus Hamaburgenſis Eccleſiæ electus, in populo Slauorum multum prædicando fructum attulit.*

*In Dania verò ſuperuixerunt, Theologus Poppo, & ille nobilis Odinkar Epiſcopus. Quem pro fide & ſanctitate vitæ familiariſsimum habuit Archiepiſcopus. Hos duos Epiſcopos ſolummodo in Iutland fuiſſe comperimus, antequam Chnut Regnum intraret. Solus ex noſtris Odinkar tranſmarinas aliquando viſitauit Eccleſias, Ezico domi ſedit. Perſecutio cæteros tardauit. Archiepiſcopus etiam alios viros doctiſsimos ordinauit in Noruegiam vel Suediam. Alios verò in Anglia ordinatos, pro amicitia Regum, cum ſatiſfacerent, ad ædificandum dimiſit Eccleſiam: multos eorum ſecum retinens, omnes autem, cum abirent donis cumulans, ad ſubiectionem Hamaburgenſis Eccleſiæ reddidit voluntarios.*

Epiſcopi Daniæ.

Iuthland.

Infrà lib. 3. cap. 12.

Succeſsio Epiſcoporum in Dania hæc facta commemoratur à Saxone lib. 10. his uerbis: Iiſdem temporibus Popponi Rimbrandus, Henrico Marcus Pontificij Relligione ſucceſsit. Pro Lefdago Fulbertus, ſacerdotio fulſit, poſt quem Ottinkarus Albus ſplendidiſsimo loco natus infulas ſumſit &c. Et paullo poſt inquit: Eodem tempore apud Daniam ſacrorum antiſtites aliis alij ſucceſsiſſe traduntur, Nam Gerbrando ſubſtituitur Auako. Ottinkarus iunior Ripenſis Pontifex creatur: &c.

## CAPVT XXXV.

Munificentia Vnuani in Principes vicinos, quorum animos ſibi & Eccleſiæ, erogatis in eos Eccleſiæ Theſauris, deuinxit.

VNVA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

VNuanus igitur cum eſſet vir nobiliſsimus, æquè nobilem ac ſufficientem libertati ſuæ ſortitus eſt Epiſcopatum, in quo & magnitudinem ſuam poſſet oſtendere & neceſsitati ſimul Eccleſiæ prodeſſe. Quare Theſaurum Eccleſiæ diu ſollicitè collectum & quaſi minus neceſſarium, ſi intra parietes clauderetur; Ipſe ad commodum ſuæ legationis curauit ita expendi, vt ferociſsimos Reges Aquilonis hilaritate ſuorum mumerum, ad omnia quæ voluit benignos obedienteſq; haberet. In qua re non multum peccauit, vt arbitror, ſeminans carnalia, vt meteret ſpiritualia. Quin imò largitio eius in nouella gentium conuerſione vtiliſsima videbatur: neq; adeò nocuit Eccleſiæ, quæ præcedentium Patrum diligentia erat opulentiſsima. Credo etiam ſecutus eſt exemplum S: Anſgarij, & cuiuſdam in Eccleſiaſtica Hiſtoria, Theotimi Scytharum Epiſcopi: quorum alter legitur incredulos Reges donis placaſſe; Alter verò Barbaros natura feroces, epiſtolis, muneribus manſuefeciſſe laudatur. Hæc in Apologiam præſulis dicta ſufficiunt, nunc per Hiſtoriæ ordinem redeamus ad Eccleſiæ Legationem, quæ tempore Vnuani proſperrimè geſta cognoſcitur.

Vnuanus erogat in uicinos Principes theſaurum Eccleſia pro conciliandis ſibi corum animis.

Vnuanus in pleriſq; feſtiuitatibus Epiſcopis ſeptem & præterea Abbatibus ſtipatus fuit.

Theotimus Epiſcopus Scytharum.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXXVI.

**Sueno Tiugſ‹eg Angliam occupat. Poſt eius obitum filius eius, Canutus cognomento Magnus, eam denuo vi occupauit & obtinuit.**

Sueno Rex Daniæ ſubijcit ſibi Angliam.

*SVen Rex Danorum atq; Nordmannorum; veteres iniurias, tam occiſi fratris, quàm ſuæ repulſionis vlturus, claſſe magna tranſfretauit in Angliam, ducens ſecum filinm Chnut, & Olaph filium Cracaben, de quo ſuprà dictum eſt. Itaq; multo tempore multis prælijs, aduerſus Anglos exactis, Suen veteranum Regem depulit Edilredum, & Inſulam tenuit in ſua ditione, verùm breui tempore. Nam tertio Menſe poſtquam victoriam adeptus eſt, ibidem morte præuentus, occubuit. Knud qui & filius Suenonis, Lambrict nomen habuit, cum exercitu reuerſus in Patriam, denuo bellum molitur in Anglos. Olaph à Nordmannis electus in Principem, ſeparatus eſt à Regno Danorum. Tunc verò Chnut ancipiti; caſu turbatus, pactum init, cum fratre filio Herici, qui regnauit in Suedia, eiuſq; ope fultus, deliberauit primo quidem Angliam ſubiugare,*

Chnut filius Suen Regis, abiecto nomine gentilitatis, in Baptiſmo Lamberti nomen accepit. Vnde ſcriptum eſt in libro fraternitatis noſtræ: Lambrict Rex Danorum & Ymma Regina, & Chnut filius, eorum ſe commendauerunt orationibus fratrum.

Canutus Magnus dictus Lambertus.

D. Olaus Rex Norvagiæ.

*dein-*

deinde Noruegiam. Itaq; mille nauibus armatus Chnut, Oceanum tranſiit Britannicum, per quem, ſicut nautæ referunt, à Dania in Angliam, flantibus Euris, triduo vela panduntur. Hoc mare magnum & valde periculoſum, à læua Orchadas habet, à dextra attingit Freſiam.

Anglia denuo ſubijcitur Danis à Canuto Magno. Anno Domini 1017.

Bellum Anglicum quod geſtum eſt à Suenone poſt reditum in Regnum Daniæ, paucis à Saxone, pluribus ab Hectore Boethio lib undecimo Hiſtoriæ Scotorum deſcriptum eſt. Quod de obitu hic refertur Suenonis, de eo altum eſt in Saxone ſilentium. Anglica Hiſtoria dicit eum mortuum in Anglia, & ſepultum Eboraci. Alij dicunt eum in Anglia quidem mortuum, ſed ex poſtremo ipſius uoto, domum reductum eius funus, atq; ſepultum Roſkildiæ.

Bellum Anglicum.

Obitus & ſepultura Suenonis.

## CAPVT XXXVII.

### Canutus Rex Daniæ occupata Anglia, connubijs ſibi primores Regni deuinxit.

Triennium Chnut Britanniam oppugnauit. Egdar Rex Anglorum, apud Lundoniam obſeſſus obijt, ſimul cum Regno amittens vitam, & iuſto iudicio Dei, qui Fratrem per Martyrium conſumato, duodequadraginta Annis ſceptrum ſanguine polluit. Is paricidium taliter expianit. Relinquens filium paruulum, nomine Eduardum, quem ſuſcepit ab Ymma vxore, frater Adalradi. E-

Egdar Rex potentiſſimus Anglorum, à legitima filium habuit Eduardum uirum ſanctiſſimum. Cuius Nouerca Affiluid cum occidit, filiumq; ſuum in Regnum poſuit.

Series Regum Angliæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

mund vir bellicoſus in gratiam victoris, veneno extinctus eſt. Filij eius in Rußiam exilio damnati.

Canutus Magnus Rex Daniæ connubijs ſibi confirmat Regnum Angliæ.

Chnut Adelradi Regnum accepit, vxoremq́ eius Ymmam nomine, quæ fuit ſoror Comitis Nordmannorum Rikardi, cui Rex Danorum ſuam dedit germanam Margaretam pro fœdere. Quam deinde Chnut repuditatam à Comite, Vlff Duci Angliæ dedit. Eiuſq́ Vlff ſororem copulauit alteri Duci Guduino, callidè ratus Anglos per Connubia Danis fideliores. Quæ res eum non fefellit. Et Richardus quidem Comes declinans iram Chnut, Ieroſolymam profectus ibidem obijt, relinquens filium in Nordmannia Robertum, cuius filius eſt iſte Villelmus, quem Franci Baſtardum vocant. Vlff ex ſorore Regis Chnut, filios ſuſcepit, Biorn Ducem, & Suen Regem. Gutuind è ſorore Vlff Ducis, genuit paricidas, Suen, Toſte, & Haraldum. Quam generationis ſeriem, quoniam ſecuturæ lectioni vtilem iudicauimus, hic inſerere videbatur.

Ricardus Comes Nordmanniæ.

Vilhelmus nothus.

Origo Regni Neapolitani.

Hæc in Hiſtoricis alijs, longè aliter narrantur. Eam diuerſitatem hoc loco reconciliare non eſt neq; tempus neq́; otium. De fuga ſeu profectione Ricardi quod attingitur hoc loco, eius cauſſam ferunt dimißionem ſororis Canuti, quæ hic Margareta, alias Eſtritha appellata fuit. Ex huius Ricardi poſteris cœpit & floruit poſtea Regnum Neapolitanum.

## CAPVT XXXVIII.

Canutus Magnus Rex Daniæ & Angliæ, Epiſcopos ex Anglia ſecum in Daniam reducit, ægrè ferente id Archiepiſcopo Hamburgenſi.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Victor Chnut ab Anglia rediens, in ditione ſua, per multos Annos Regnum Daniæ poſſedit & Angliæ. Quo tempore Epiſcopos ab Anglia multos adduxit in Daniam. De quibus, Bernardum poſuit in Scaniam, Gerbrandum in Selandia, Reginerum in Fionia.

*Epiſcopi Daniæ tempore Canuti.*

Zelatus eſt hoc noſter Archiepiſcopus Vnuanus, & dicitur, Gerbrandum redeuntem ab Anglia cœpiſſe, quem ab Eltrodo Anglorum Archiepiſcopo cognouit eſſe ordinatum. Ille quod neceſſitas perſuaſit ſatiſfaciens, fidelitatem Hamaburgenſi cathedræ cum ſubiectione debitam ſpondens, familiariſſimus deinceps Archiepiſcopo effectus eſt. Per quem ille ſuos etiam Legatos, ad Chnut Regem tranſmittens cum muneribus, congratulatus eſt ei de rebus benè geſtis in Anglia: ſed corripuit eum de præſumptione Epiſcoporum, quos tranſtulit ex Anglia, quod Rex gratanter accipiens, ita poſtmodum coniunctus eſt Archiepiſcopo, vt ex ſententia eius omnia deinceps facere maluerit. Hæc nobis de Auunculo ſuo Rex Danorum innotuit, & de captione Gerbrandi non tacuit.

*Gerbrandus primus Epiſcopus Sielandiæ ab Eltrodo Archiepiſcopo Anglo conſecratus.*

*Sueno Eſtritius.*

## CAPVT XXXIX.

Mortuo Henrico Imperatori, ſucceſsit Conradus, qui Polonos & eorum auxiliares perdomuit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Henricus II Imper. mortuus, Anno Domini 1024.

Henricus Imp. ducit filiam Canuti Regis Daniæ Gunildam.

Imperator filio deponens uxorem filiam Canuti, reſignauit ipſi, ſi quid haberet iuris in terris uicinis limitibus Sliaſſuig unà cum Marcha.

Imp. Romanus reſignat Regi Daniæ, ius quod habet in terris uicinis Daniæ.

*ANno Pontificis Vnuani XII. Henricus Imperator iuſticia & ſanctitate inſignis, cum iam Saxones, Italos & Burgundiones imperio ſubiecerat, ad cœleſte migrauit imperium. Cui ſucceßit in ſceptrum, fortißimus Conradus Cæſar; qui mox Polonos & Regem eorum Miſingum magna virtute perdomuit, & auxiliares eorum Bohemos cæteroſq́ Slauorum populos, ſub tributum miſit. Cum Rege Danorum mediante Archiepiſcopo pacem fecit.*

## CAPVT XL.

D. Olaus Rex Noruegiæ, zelo pietatis, Incantatores & hariolos Regno ſuo expellit, & fidem Chriſti ſtudioſè propagat.

Bella continua inter Canutum & D. Olaum.

*INter Chnut & Olaph Regem Nordmannorum continuum fuit bellum, nec ceſſauit omnibus diebus vitæ eorum. Danis pro imperio certantibus: Nordmannis verò pugnantibus pro libertate. In qua re iuſtior mihi viſa eſt cauſa Olaph, cui bellum neceſſarium magis fuit, quàm voluntarium. Si quando autem tempus à bellorum motibus quietum erat, idem Olaph iudicio & iuſticia Regnum gubernauit. Dicunt enim inter cætera virtutum*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

tutum opera, magnum zelum Dei eum habuiſſe, vt maleficos de terra diſperderet, quorum numero cum tota Barbaries exundet, præcipuè verò Noruagiæ Regio, talibus monſtris plena eſt. Nam & Diuini & Augures, & Magi, & Incantatores, cæteriq́ ſatellites Antichriſti habitant ibi. Quorum præſtigijs & miraculis infelices animæ ludibrio Dæmonibus habentur.

*D. Olai pietas.*

Hos omnes, & huiuſmodi, Beatiſſimus Rex Olaph perſequi decreuit, vt ſublatis ſcandalis, firmius in Regno ſuo clareſceret Chriſtiana Religio, habuitq́ ſecum Epiſcopos multos & Preſbyteros ab Anglia, quorum monitu & doctrina, ipſe cor ſuum Deo præparauit, ſubiectumq́ populum ad regendum commiſit. Quorum clari doctrina & virtutibus erant Sigafrid, Grinchil, Rodulff, & Bernard. Hi etiam iuſſu Regis ad Suediam Gothiam & omnes Inſulas, quæ trans Nordmanniam ſunt, acceſſerunt Euangelizantes Barbaris verbum Dei & Regnum Ieſu Chriſti. Miſit & nuntios ad Archiepiſcopum noſtrum, cum muneribus, petens, vt eius Epiſcopos benigne reciperet, ſuosq́ ad eum mitteret, qui rudem populum Nordmannorum in Chriſtianitate, confortarent.

*Primi Epiſcopi Noruagiæ.*

## CAPVT XLI.

Studium Olai Regis Suetiæ in propaganda inter ſuos Religione Chriſtiana.

Simili

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Similis Religionis amore alter Olaph in Suedia dicitur floruiſſe. Is ſubditos ſibi populos ad chriſtianam fidem conuertere volens, magno laborauit ſtudio, vt Templum Idolorum, quod in medio Sueoniæ ſitum eſt, Opſala, deſtrueretur. Cuius intentionem Pagani metuentes, placitum cum Rege ſuo tale conſtituiſſe dicuntur, vt ſi ipſe vellet eſſe Chriſtianus, optimam Suediæ regionem, quam vellet, ſuo iure teneret. In qua Eccleſiam & Chriſtianitatem conſtituens, nemini de populo vim recedendi ad culturam Deorum inferret, niſi qui ſponte cuperent ad Chriſtum conuerti. Huiuſmodi Rex placito gauiſus, mox in occidentali Guthia, quæ Danis proxima eſt vel Nordmannis, Eccleſiam Deo ſedemq́; fundauit Epiſcopalem. Hæc eſt ciuitas Scarana maxima, in qua petente Chriſtianiſſimo Rege Olaph, primus ab Vnuano Archiepiſcopo, Thrugot ordinatus eſt. Ille vir ſtrenuè Legationem ſuam perfecit in Gentibus. Duos Nobiles populos Gothorum, ſuo labore Chriſto lucratus; perq́; illum Epiſcopum, Rex Olaph ingentia Metropolitæ Vnuano direxit munera.

*Olaus Rex Suetiæ diligens veræ Religionis alumnus.*

*Scarenſis Epiſcopatus fundatus.*

*Thrugotus primus Epiſcopus Scarenſis.*

Præterea duos fertur idem Rex habuiſſe filios, quos vnà cum vxore ac populo iuſſit baptizari. Eorum alter qui natus eſt à Concubina, Emund nomen habuit, Alter verò Anund, quem Rex à legitima genuit, cognomento



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*mento fidei & gratiæ dictus eſt Iacobus. Iuuenis quidem ætate, verùm ſapientia & pietate præceſsit omnes, qui fuerunt ante eum; nec quiſquam Regum fuit populo Sueonum, tam acceptus ſicut Anundus.* Anundus Rex Sueciæ dictus Iacobus.

## *CAPVT XLII.*

Vnuani Amicitia & Neceſsitudo cum vicinis Principibus.

*EO tempore cum eſſet pax firma inter Slauos & Tranſalbianos, Vnuanus Archiepiſcopus Metropolim Hamaburg renouauit, Clerumq; diſperſum colligens, magnam ibidem tam ciuium, quàm fratrum adunauit multitudinem. Itaq; cum Duce Bernardo frequenter inhabitans locum, ſæpè dimidium Annum vixit in Hamaburg, glorioſiſsimum Regem Chnut inuitans ibi ad colloquium, Slauorumq; Satrapas, Vtonem & Sydericum.* Vnuani familiaritas & neceſsitudo cum vicinis Epiſcopis.

*Tali modo Pontifex Vnuanus, domi foriſq; clarus, Legationem ſuam in Gentibus narratur impleſſe. Nunc reſtant dicenda, quæ de Martyrio Regis Olaph fama volante cognouimus.*

## *CAPVT XLIII.*

D. Olaus Noruagia pulſus, redit; atq; à ſuis ſubditis, odio defenſæ Relligionis Chriſtianæ, cæſus eſt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

OLaph igitur clariſſimus Nordmannorum Rex, contra Chnut Regem Danorum, qui Regnum ſuum impugnauerat, perpetuò decertabat prælio, tandemq́ ferunt beatiſſimum Regem Olaph, ſeditione Principum, quorum mulieres ipſe propter maleficia ſuſtulit, à Regno depulſum Noruagiæ. Et regnauit Chnut in Nordmannia ſimul & Dania, & (quod nulli Regum prius contingere potuit) in Anglia. Olaph verò totam ſpem ſuam in Deo ponens, ad comprimendos Idolatras, denuo bellum inſtaurat. Olaph auxilio habuit Regem Ruzlorum & Sueonum, cuius filiam habuit, & de populis Inſularum, infinitam congregans armatorum multitudinem, Patrium regnum vi & armis cœpit.

D. Olaus Regno expellitur.

Hic Olaph ſuperuenientibus hoſtibus, quum ſomnũ caperet, à Duce exercitus ſui, nomine Find excitatus, reſpondet; O quid feciſti, uidebar per ſcalam, cuius uertex ſidera tangebat, aſcendiſſe, cœlumq; mihi apertum fuiſſet ingredienti, niſi tu me ſuſcitando reuocaſſes. Rex à ſuis cæſus, martyrio coronatus eſt.

Somnium D. Olai.

Rex igitur chriſtianiſſimus fortitudine in hoſtes, & iuſticia in ſuos celebris, ad hoc in Regnum ſe creditit à Deo reſtitutum, vt iam tunc nemini parcere deberet, qui vel Magus permanere vellet, aut Chriſtianus fieri nollet. Et cum magna ex parte votum impleuit, eum pauci qui remanſerant ex Magis, in vltionem eorum, quos Rex damnauit, & ipſum obtruncare non dubita-

Olaus Rex Noruagiæ à proprijs ſubditis cæſus fertur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

bitarunt. Alij dicunt eum in bello peremtum. Quidam verò in medio populi circo ad ludibrium Magis expoſitum. Sciunt alij eum in gratiam Chnut Regis, latenter occiſum, quod & verum eſſe non diffidimus, eò quod Regnum eius inuaſit.

Igitur Olaph Rex & Martyr, vt credimus, tali fine conſummatus eſt. Corpus eius in Ciuitate magna Regni ſui Throndemis, cum decenti honore tumulatum. Vbi hodieq; pluribus Miraculis & Sanctitatibus, quæ per eum fiunt, Dominus oſtendere dignatur; quanti meriti ſit in cœlis, qui ſic glorificatur in terris. Agitur feſtiuitas Paßionis eius IIII. Kal: Aug: omnibus Septentrionalis Oceani populis, Nordmannorum, Sueonum, Gothorum, Semborum, Danorum atq; Slauorum æterno cultu memorabilis. Anno Domini 1028. 4. Kal: Aug:

Quod Autor noſter de exitu D. Olai dubitat, id longè manifeſtißimè patet ex Chronicis Noruagicis. Orta enim inter ipſum & Regni primates, ob cædem quorundam præfectorum, contentione priuata, crupit ea in bellum tandem apertum. In quo ad extremum deletus eſt exercitus Regis, & ipſe D. Olaus acceptis à Ducibus belli, aliquot uulneribus, expirauit in loco pugnæ prope Stickleſtadam. Exitus D. Olai.

## CAPVT XLIIII.

Vlfridus Anglus tranſiens in Suetiam, ab incolis Regni cæſus, ſanguine ſuo fidei Chriſti veritatem, obſignauit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

PEr idem tempus ſermo eſt quendam ab Anglia, nomine Vlfridum, diuini amoris inſtinctu Suediam ingreſſum, Paganis verbum Dei magna fiducia prædicaſſe. Qui dum ſua prædicatione multos ad chriſtianam fidem conuertiſſet, Idolum gentis nomine Torſtans in conſilio Paganorum cœpit anathematizare; Simulq́; accepta Bipenni ſimulachrum in fruſta concîdit. Et ille quidem pro talibus auſis, ſtatim mille vulneribus confoſſus, animam Laurea martyrij dignam, tranſmiſit ad cœlum. Corpus eius Barbari laniatum, poſt multa ludibria, merſerunt in paludem. Hæc veraciter comperta, memoriæ tradidi, quamuis ſint & alia, quæ adhuc ſcribi digna ſunt. Verùm de Vnuano & quæ ſuo tempore geſta ſunt, dictum eſt ſufficienter, & ſicut æſtimo fideliter.

Vlfridus Anglus factus in Suetia Martyr.

Apud Magdeburg ipſo tempore, Valthardo ſucceßit Gero, deinde Hunfrid, ambo viri Sancti & Epiſcopali nomine digni.

Obitus Vnuani, Anno Domini 1029.

Deinde obijt glorioſus Archiepiſcopus, qui tranſiſſe dicitur VI. Kal: Feb: Anno Domini MXXIX. Indict: XII. & ſepultus eſt iuxta deceſſorem ſuum à latere ſiniſtro.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XLV.

**Libentius prioris Libentij Nepos, Vnuano ſuccedens; bona Eccleſiaſtica auget & amplificat.**

LIbentius ſedit Annos ferè IIII. Is cum eſſet Nepos alterius Libentij; & tunc maior domus Præpoſitus, fauore Gyſlæ Imperatricis Ferulam ſuſcepit à Conrado Cæſare; Pallium verò à Papa Iohanne XVIII. Vir ſimplex & rectus ac timens Deum. Cumq; omnibus eſſet affabilis, ſingulari quodam amore Clerum dilexit, & inopum neceſſitatibus erat valde compatiens.

Libentius II. X. Archiepiſcopus Hamburgenſis.

Ipſe igitur vicum trans flumen ab incolis terræ precio redemit, quem fratribus offerens, XXX ex eo ſtatuit per Annum dari conuiuia. At verò Xenodochij talem omninò ſolicitudinem curauit habere, vt in hac parte ſola, negligentias omnium prædeceſſorum ſanare videretur. Adeo redundauit Epiſcopatus, & Præpoſitura & Xenodochium, vt vix egens quiſquam poſſet inueniri. Fortè hoc incredibile videtur his, qui huius temporis egeſtatem vident, nec fortaſſe tunc quiſquam crederet ea futura, quæ nunc facta videntur.

Libentij ſtudium in Clerum & Eccleſiam.

## CAPVT XLVI.

**Succeſſus & obitus Epiſcoporum, quorundam in Dania & locis vicinis.**



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Libentius itaq; bonus in Præpoſitura, multo melior in Cathedra, Legationem ſuam ad Gentes feruenti animo ingreſſus eſt. Ex primo omnium concilians ſibi Chnut Regem Danorum, Gerbrando ſubrogauit in Seland, Auoconem. In Aldinburgh ordinauit Meinherium. Thrugoto autem ſucceſſorem poſuit Ramſolæ Goteſchalcum Epiſcopum. Illis namq; diebus beatiſſimus Thrugotus Epiſcopus, pro labore prædicationis Bremæ cum Archiepiſcopo diutius conſiſtens, fertur aſperrimo lepræ morbo percuſſus, diem vocationis ſuæ cum magna expectaſſe patientia. Tandemq; bono fine conſummatus in Baſilica S: Petri ſepultus eſt. Vbi & Folquardus & Harich & magnus Odincharus & Poppo in pace quieſcunt. Aderant verò tunc cum Archiepiſcopo prædicatores inclyti, Odinchar iunior, Sigafrid à Suedia, Rodulff à Nordmannia Epiſcopi, narrantes ei quanta fecerit ei Dominus in ſalute gentium, quæ quotidie conuertebantur. Quos Pontifex, vt par fuit, honorificè dimiſſos ad prædicationem denuò miſit.

Auako II Epiſcopus in Sielandia.

Epiſcopi Daniæ ſepulti Bremæ.

Poſt obitum Popponis ſucceßit Ezico, qui ad Egdoram perueniens ægritudine correptus, migrauit e uiuis.

His iiſdem temporibus uiuere deſiit Aſa ſoror Odinkari, qui abdicatis ſeculi bonis, cœleſtia deſiderans recepit. Præbendam habuit Bremæ, ubi obijt.

Aſa ſoror Ottinkari Albi.

Ezico ſuccedit Popponi.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Liusbierg.

Eſt prope Arhuſiam in Cimbria, Templum quod Liusbergenſe uocant, in colle edito ſitum, quod tempore Popponis conditum exiſtimatur. In eo apparent in uetuſtis quibuſdam marmoribus ueſtigia, Epitaphiorum, quæ memoriæ primorum eius Prouintiæ Epiſcoporum ſacra reputant accolæ, quemadmodum mihi aliquando uir nobilis & clariſsimus Biorno Andreæ rettulit. Ego hoc loco adducor, ut credam ſaltem Popponis ſucceſſores, non ipſum Popponem aut Ezieonem, ibi ſepultos.

## CAPVT XLVII.

### Canuti Magni, Regis Daniæ potentia. Eius affinitas & iter Romanum cum Cæſare Conrado.

Canuti Regis Daniæ potentia.

Henricus Imp. ducit filiam Canuti.

*TEmpore illo Conradus Imperator, filiam Chnut Regis Henrico filio accepit in Matrimonium. Cum quibus ſtatim Regio faſtu Italiam ingreſſus eſt, ad faciendam Regno iuſticiam, Comitem habens itineris, Chnut Regem potentia trium Regnorum, Barbaris gentibus valde terribilem. Ille quidem cum tres filios haberet, ſingulos ſuper ſingula Regna poſuit, ipſe aliquando viſitans Danos, aliquando verò Nordmannos, ſæpiſsimè autem ſedit in Anglia.*

Abbas Vrſpergenſis.

Blondus Dec. 2. lib. 3

Eſtne Gunild.

Anno Domini 1025. refert Abbas Vrſpergenſis, Conradum Imperatorem pro filio Henrico ſoltcitaſſe Canutum Regem Daniæ, ut ipſi filiam, nomine Chunigundam daret Nuptui. Quorum poſteà Nuptias celebratas, ait Anno Domini 1036. In nomine Chunigundæ errauit Abbas, nam Gunildam eam appellatam memorat Saxo noſter, & Virgilius Polydorus Anglicæ Hiſtoriæ, lib. 7. Erat fortè ipſi appoſito cognomine nomen auctum, ita ut gunildam chunigunildam ſeu chunigun-

dam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Virgilius Polydorus Ang: Hiſt: lib. 7.*

*Vincentius in ſpeculo Hiſt: lib. 26.*

dum dixerint ob formæ præſtantiam, qua excellebat plurimum. Vincentius in ſpeculo Hiſtoriarum lib. 26. dicit Henricum Imperatorem hanc Gunildam, fœminam piam & deuotam, habuiſſe Adulterij ſuſpectam, ſed declarata diuinitus & miraculoſe ipſius innocentia, eam priſtino loco & amore apud ſe habere laborauit. At illa ſæculi pertæſa, in Cœnobium Monialium ſe addidit, inuito & reluctante marito.

*Factum memorabile Canuti Magni Regis Daniæ.*

*Humilitas.*

Memorabile eſt hoc, quod de Canuto Magno, refert loco dicto Virgilius Polydorus, cui extremis uitæ temporibus nihil fuiſſe dicit alienius, quam extrinſecus aut bene aut male uiuendi ſuſpenſas habuiſſe rationes. Vſu uenit, inquit, ut iuxta mare aliquando obambularet, atq; à ſatellitibus adulatoribus audiret, ſe Regem ſalutari omnium potentiſſimum, qui tam latè Terræ atq; Mari pariter dominaretur. Quod ille ut ſibi minimè placere oſtenderet, tacito hoc coarguit Argumento, ueſtem exuit atq; ſuper conuolutum, ad æſtum maris conſedit, atq; eo ſe effundente, his increpauit uerbis eius impetum: Vnda, inquit, tibi impero, ne me madefacias. At unda nihilo ſecius in eum irruens, totum madefecit. Itaq; ad ſuos conuerſus; Videte, ait, Regem potentem, qui ne guttas quidem maris cohibere ualeam. Solus eſt Deus creator omnium, cui merito Regis potentis tribuendus eſt honor & compellatio.

## CAPVT XLVIII.

Godſcalcus Dux Vandaliæ, litteras deſerens, armis necem Patris vlciſcitur. Quo facto, tranſit ad Canutum magnum Regem Daniæ.

*Vto Princeps Vinulorum.*

ARchiepiſcopus igitur Metropolim Hamaburg crebrò viſitauit. Nam eo tempore, virtute Chnut Regis & Bernardi Ducis, pax firma trans Albiam fuit, cum & Cæſar bello Vinulos domuerit. Principes eorum, Gneus & Anatrog erant Pagani. Tertius Vto filius Miſti-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*uoi, male Chriſtianus. Vnde etiam pro crudelitate ſua, à quodam Saxonum tranſſuga, interfectus eſt, filium habens Gutheſchalcum, qui per idem tempus apud Luniborg Monaſterium Ducis, litteralibus erudiebatur ſtudijs, Goteſcalco Gothorum Epiſcopo eiuſdem Cœnobij curam eius agente. Verùm is comperta morte parentis, ira & furore commotus, reiectis cum fide literis, arma corripuit, amneq́; tranſmiſſo, inimicis Dei ſe coniunxit Vinulis. Quorum auxilio, Chriſtianos impugnans multa milia Saxonum proſtraſſe dicitur, in patris vindictam. Hunc tandem quaſi Principem Latronum, Bernardus Dux capiens, in cuſtodia tenuit, virumq́; arbitrans fortiſsimum, iuncto ſecum fœdere, dimiſit eum. Qui venit ad Chnut Regem, & cum eo profectus in Angliam, permanſit ibi multo tempore.*

Conradus Imperator ſingulis Annis contra Slauos exercitum duxit, ideoq; pax magna fuit trans Albiam.

Godeſcalcus filius Vtonis fit Apoſtata.

Canutus Magnus.

Huius Godeſchalci plurima fit mentio ab Helmoldo Cap. 19. & Saxone Grammatico lib. 10. Qui patrem eius appellat Apribigneuum, quem noſter Autor Vtonem, Helmoldus Vdonem uocat. Qui plura de hoc ſcire expetunt, illi Autores nominatos poterunt conſulere.

## CAPVT XLIX.

Emma Matrona pia & generoſa, Theſauros ſuos confert Eccleſiæ Bremenſi. Libentius vitam cum morte commutat.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

INterea noſter Achiepiſcopus pijs operibus, cœlo ſemper intentus, Eccleſiam ſuam Epiſcopaliter exornauit, & filios Eccleſiæ Paſtoraliter educauit, omnibus acceptus, etiam quod difficile eſt Principibus. Suo tempore Bernardus Dux, & frater eius Theodmarus, Eccleſiæ noſtræ multa bona fecerunt, exhortante pijſsima Emma, quæ Bremenſem Eccleſiam valdè dilexit, ſuumq; Theſaurum, Deo & Genitrici eius ac S: Confeſſori Villehado, ferè totum obtulit. Hæc quoq; pro dilectione Pontificis, omnes Eccleſiæ filios, vt ſui eſſent, fouit.

Emma Matrona nobilis & deuota.

Inclyta ſenatrix Emma, prædicante Libentio Archiepiſcopo, multa honoraria, ueſtes & alia contulit Eccleſiæ Bremenſi.

Inuiderunt nobis fata ne diu frueremur tali Paſtore, qualis Libentius erat, dilectus, inquam, Deo & hominibus. Ipſe, vt aiunt, in feſtiuitate S: Bartholomæi Apoſtoli, duas ægreſcens celebrauit miſſas, finitoq; pro more Pſalterio, ſuis æternùm lugentibus, eadem die gaudens ad Chriſtum migrauit. Obitus eius contigit VIII. Kalen: Septemb: quod eſt Anno Domini MXXXIII. Indictione XIII.

Obitus Libentij.

## CAPVT L.

Hermannus Libentij ſucceſor, Epiſcopatui tribus Anniis, ſed nulla cum laude, præfuit.

Herman-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Hermannus ſedit Annos vix tres. Camburcam Paſtoralem meruit à Cæſare Conrado: Pallium à Papa minore Benedicto, ab Haluerſtadenſi Choro electus, eiuſdem Eccleſiæ fuit Præpoſitus. Vir, vt aiunt, Columbinæ ſimplicitatis, ſed parum habens prudentiæ Serpentis; ideoq; facile deceptus à Clientibus, rarò Parochiam viſitauit. Semel Hamaburg acceſſit, & tunc cum exercitu veniens, Epiſcopatum quaſi non ſuum deſpoliauit, abienſq; velut terram ſalſuginis deriſit. Rapacitatis incentor & auctor conſiliorum, quidam Marchio fuit, Archiepiſco viceDominus. Cœterum nobiles viros habuit Capellanos, Thiadricum & Sindgerum, quem deinde Romana ſedes appellauit Clementem. Subdiaconus eius fuit Adalbertus, poſtea Archiepiſcopus Bremenſis, iam tunc minax vultu & habitu, verborumq; altitudine ſuſpectus audientibus.

Hermannus XI. Archiepiſcopus Hamburgenſis.

Hermannus ab incolis terræ paludem Etinborg comparauit. Quod Conradus Imperator ſuo firmauit præcepto, ut Chirographum in Archiuo teſtatur.

Vitia Hermanni Archiepiſcopi.

Iſte Sindiger ex Epiſcopatu Pabergenſi, aſſumptus eſt in ſedem Apoſtolicam, reiectis ex ordine tribus ſchiſmaticis.

Sindigerus Capellanus Archiepiſcopi factus Pontifex Romanus.

Ipſe ordinauit Eziconem in Hedebiam, qui mox obijt, antequam introiret in Epiſcopatum ſuum.

Ezico Epiſcopus Sleſſuicenſis obijt.

Pontifex igitur paruipendens omnia, quæ in Epiſcopatu inuenit, primo quidem Muſicum Guidonem Bremam adduxit, cuius induſtria correxit Melodi-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*am & Clauſtralem diſciplinam. Quod ſolùm ex operibus eius proſperè ceſsit. Deinde antiquiſsimum S: Michaëlis oratorium diruens, corpora trium deceſſorum eius, ſcilicet Adalgarij, Hogeri & Reginuardi, ab eo loco ſuſtulit, & recondidit eos in maiori Baſilica, ſub ipſo tribunali. Tunc magnum opus & vtile ingreſſurus, murum Ciuitatis circumdare voluit, vixq; iactis Fundamentis, cum opere vitam finijt.*

Obitus Hermanni.

*Ita ille magnus Pontifex Hely, dum ſuos à rapina non corripuit, & in bonis aliquibus, Deo vltionum diſplicuit. Mortuus eſt enim in Epiſcopatu Haluarſtadenſi, dum eſſet in prædio ſuo Hildinrodo. Corpus eius Bremam reuectum ſubterratum eſt in medio Chori. Obijt enim IIII. Kalend: Octobris.*

## CAPVT LI.

Bezelinus Hermanno ſuccedens omnibus gratas & acceptus, redditus Eccleſiaſticos auget & Bremam munit.

Bezelinus XII. Archiepiſcopus Hamburgenſis.

*BEzelinus cognomento Alebrandus ſedit Annis X. Vir omni bonorum genere decoratus, Epiſcopali officio dignus, dilectus Deo & hominibus. Et hunc nobis Eccleſia præſtitit Colonienſis. Imperator Conradus obtulit ei baculum. Benedictus Papa tranſmiſit ei Pallium. Ordinatus eſt à ſuffraganeis & alijs Saxoniæ VII.*

Epiſco-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Epiſcopis. Et hoc in vrbe Metropoli Hamaburg, cum ingenti gloria. Ad laudem beati viri parum eſt omne quod dicimus, à cuius laude, nec dum aliquem audiui diſcordantem. Vt enim breui quodam indiculo complectamur imaginem virtutes eius; Pater Patriæ fuit; Decus Chori, Salus populi, Terror malè potentium, Exemplar beneuolentium, egregius Pietate, vel qui omnia vellet ad perfectum ducere, dicta & facta eius omnia dulci memoria poſteris comprehenſa.

Laus Bezelini.

Munificus fuit in Clerum, quem & defendit aduerſus iniurias Laicorum.

Et quum omnibus eſſet talis, qualem ſinguli deſiderabant, ſingularis cura eius & amor ſuper Clericis fuit, de quibus vix tolerare potuit, vt malum diceretur verbum. Nam & Clauſtrum renouauit, & menſam Canonicis ipſe primus inſtituit. Prius enim cum prebenda ferè tenuis videretur, XXX Conuiuia quæ Libentius Epiſcopus dari per Annum ſtatuit, adiectis ex ſua parte, quibuſdam decimis, ita ordinauit, vt quotidiè panis albus daretur fratribus, vltra ſolitam annonam. In Dominicis verò diebus vnicuiq; duplex mellitæ copia. Nam & vinum dari fratribus contra naturam Saxoniæ, diſpoſuit. Quod etiam in diebus ſuis fermè peregit.

Compoſita menſa, manum vertit ad Clauſtrum, quod ipſe dum prius ligneum eſſet, lapideum fecit; for-

ma, vt mos eſt, quadrata, vario cellarium ordine diſtinctum, & viſu delectabile. Deinde murum Ciuitatis ab Hermanno deceſſore orſum, in gyro conſtruens, in aliquibus eum locis vſq; ad propugnacula erexit; aliàs quinq; aut ſeptem cubitorum altitudine ſemiperfectum dimiſit. Cui ab occaſu porta grandis inhæſit, ſuperq; portam firmiſſima turris, opere Italico munita, & ſeptem ornata Cameris, ad diuerſam oppidi neceſſitatem.

Brema munita.

## CAPVT LII.

### Bezelinus vnà cum Bernardo Duce Saxoniæ Hamburgam Eccleſia & Aedificijs mirificè exornat.

HÆc dum Bremæ operis inſignia relinqueret, mox ad Eccleſiæ Hamaburgenſis ædificationem, toto cordis amore accingitur. Ibi enim poſt cladem Slauonicam, quam ſuprà contigiſſe retulimus, Vnuanus Archiepiſcopus, & cum eo Dux Bernardus Clauſtrum nobile de ruinis antiquæ Ciuitatis eleuantes, Eccleſiam & diuerſoria conſtruxerunt omnia lignea. Alebrandus verò Pontifex aduerſus crebras hoſtium incurſiones, aliquod fortius prædium, pro inopia loci, neceſſarium arbitratus, primò omnium Eccleſiam quæ conſtructa erat in Matris Dei honore, lapide quadrato ædificauit. Aliam deinde ſibi

Hamburga ædificiis nouis & firmis reſtaurata.

ſibi domum lapidam fecit, turribus & propugnaculis, valde munitam. Cuius æmulatione; operis, Dux prouocatus, & ipſe domum ſuis in eodem parauit. Ita prorſus Ciuitate renouata, Baſilica eadem, ex vna parte habuit domum Epiſcopi, ex alia domum Prætoriam Ducis. Voluit etiam nobilis Archiepiſcopus Hamaburg Metropolim circumdare muro, ac munire turribus, niſi velociter eius tranſitus, impediuiſſet votum eius.

Ciuitatem muro circumdatam, diſpoſuit tribus portis & duodecim munire turribus, ita ut Clerus ſex turres, ciues ſex, adhibitis ſeruarent cuſtodiis.

Crantzius lib. 3. capite 25.

## CAPVT LIII.

### Principes Slauorum militant Duci & Archiepiſcopo.

TRans Albiam ſuo tempore, ac per totum Regnum pax firma erat. Principes Slauorum Anatrog; & Gneus & Ratibor pacificè ad Hamaburg venientes, Duci ac Præſuli militabant. Sed cum diuerſo modo & tunc & nunc in gente Vinulorum, Dux & Epiſcopus laboraret, ſcilicet duce pro tributo, Pontifice verò pro Chriſtianitate augenda laborantibus, videtur mihi iam dudum ſtudio Sacerdotum, Chriſtiana ibidem Relligio conualuiſſe, ſi conuerſionem gentis, auaritia Principum non præpediret.

Principes Slauorum militant Duci Saxoniæ & Archiepiſcopo.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Rodolphus Epiſcopus Sleſſuicenſis.

✠ Valonem fortè legendum: ſic enim alio loco nominatur.

Archiepiſcopus igitur pro legatione ſibi ad Gentes credita, more prædeceſſorum ſollicitus, coadiutores Prædicationis ordinauit Epiſcopos, Rodulfum ex Capellanis in Sleſuich, Abelinum in Slauaniam, ✠ Val: à Bremenſi Choro conſecrauit in Ripam; cœteris qui ſupra fuerunt, adhuc viuentibus, & in Vinea Domini non ocioſis.

Archiepiſcopus Colonienſis renouauit ueterem litem de Bremenſi Eccleſia. Sed autoritate Bezelini & triennali ſilentio repulſus, deſtitit.

## CAPVT LIIII.

### Series & Genealogia Regum Daniæ & Noruegiæ.

Anno Pontificis VI, manu fortis Romanorum Imperator Conradus obijt, & ſucceßit ei filius Henricus ille qui Vngros domuit.

Regum Daniæ ſeries.

Eodem tempore memorabiles Aquilonis Reges obierunt, Chnut & Olaph germanni fratres. Quorum alter videlicet Olaph Rex Sueonum, ſucceſſorem Regni habuit filium, de quo ſuprà diximus, Iacobum. Sub quo iunior Suen filius Vlff militauit in Suedia, duodecim Annis. Qui rettulit nobis, Iacobo regnante, Chriſtianitatem latè in Sueonia diffuſam eſſe. Alter fratrum, id eſt Chnut, in Angliam ceßit, tenuitq; Regna Danorum, Anglorum, ac Nordmannorum, per XXII. Annos.

Canutus cognomento durus, Rex Daniæ & Angliæ Annis 22.

Poſt eius mortem, vt ipſe diſpoſuit, ſuccedunt in Regnum filij eius; Haraldus in Angliam; Suen in

*Nordmanniam, Harde Chnut in Daniam. Iſte cum eſſet filius Ymmæ Reginæ, ſororem habuit eam, quam Cæſar Henricus in Coniugium poſtea recepit. Cæterum Suen & Harald à Connubia geniti erant. Qui, vt mos eſt Barbaris, æquam tunc inter liberos Chnut ſortiti ſunt partem hæreditatis. Haraldus in Anglia triennium regnauit. Contra quem frater à Dania veniens, in Flandria claſſem adunauit. Sed Rex Anglorum morte præuentus, bellum diremit. Hardechnut Angliam ſimul poſſedit & Daniam.*

Filij naturales æquales legitimo choro natis in ſucceßione bonorum.

Noruagicæ leges admittunt etiam ad ſucceßionem, filios naturales, tam in bonis priuatis, quam honoribus Regni publicis.

Perplexa eſt hæc Regum Daniæ & Suetiæ Genealogia, eò quod multa iuxta ὑςερωσιν temporum, conſtet narrari ab Autore noſtro, quemadmodum ex collatione ſequentium facilius patebit. Nos Genealogiam, ut ſperamus, ſubijciemus correctiorem, quæ lucem addat Hiſtoriæ uniuerſæ huius temporis.

Siritha Regina Suetiæ relicta ſuperſtes
Regis Erici, ſuſtulit ex

- Erico
  - Olaum
    - 1 Aſtrita nupta D. Olao.
    - 2 Emund
    - 3 Anund qui in Baptiſmo dictus eſt Iacobus.
    - 4 Ingerta nupta Iariſlao Ruteno.
- Suenone Tiugſkeg
  - Eſtritam nuptam Vlfoni
    - Sueno Eſtritius
  - Canutum Magnum cui genuit
    - Imma
      - Gunildam nuptam Henrico Imperatori Romano.
      - Canutum cognomento durum.
    - Aluina
      - 1 Haraldum Regem Angliæ.
      - 2 Suenonem Regem Norgiæ.

## CAPVT LV.

Sueno Eſtritius captus ab Archiepiſcopo, honorificè habitus atq; dimiſſus eſt.

*ILlo tempore Suen Iunior, dum in Angliam iter ageret, tempeſtate maritima, Hadeloë nauibus appulit. Quem proxima quæq; locorum more pyratico vaſtantem, milites quidam Archiepiſcopi capiunt, & in præſentiam eius pertrahunt. Ille verò captiuum cum honore recipiens Bremam duxit, & iuncta ſecum amicitia, poſt dies aliquot, Regiè donatum, permiſit abire. Hæc nobis de ſe Rex ipſe narrauit, ſumma laude prædicans illum Archiepiſcopum, forma corporis & libertate animi omnibus acceptum. Retulit etiam circumſtantibus de regio Pontificis apparatu, & Theſauro Eccleſiæ inæſtimabili, quem ſe ait Bremæ vidiſſe, & alia multa.*

Sueno Eſtritius Rex Daniæ capitur.

## CAPVT LVI.

Alebrandi Neceſsitudo cum Ducibus Saxoniæ. Aſcomannorum irruptio & depulſio.

*ALebrandus enim Archipræſul, omnibus acceptus, à Bernardo Duce ac Germano Ducis Thiedmaro, pro libertate animi valde honoratus eſt. Solis inuiſus erat malefactoribus, ſicut Marchioni Vtoni, cuius Superbiam ipſe confudit ſua magnanimitate.*

Ipſo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Ipſo tempore ferunt Aſcomannos Pyratas, per oſtium Virrahe progreſſos, veniſſe vſq; ad Liſmonam inſperatè omnia vaſtantes. Quibus inde redeuntibus ad Naues, bellum ad Aunon illatum eſt, ibiq; magna pars eorum trucidata fertur.*

Aſcomanni piratæ Nordmannici.

Bina facta eſt Aſcomannorum Piratarum in Saxoniam irruptio memorabilis. Quarum prior contigit ſub Libentio, temporibus Suenonis Tiugſkeg Regis Daniæ, quemadmodum ſuprà cap. 22. indicabatur. Altera hæc poſterior, elapſis à priori Annis circiter 40, facta eſt temporibus Canuti cognomento duri. Meminit horum Aſcomannorum, præter hunc noſtrum Autorem, ueterum, quod legi, nemo. Crantzius quidem, quæ de his affert, lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 25. ea hinc, antiquum obtinens, tranſcripſit.

Anno Domini 1040 circiter.

## CAPVT LIII.

Canutus cognomento durus Rex Daniæ moritur, cui ſuccedit Magnus in Dania, Eduardus Frater in Anglia.

*INterea filiorum ſecundus Chnut, qui regnauit in Nordmannia Suen, obijt. Tunc Nordmanni elegerunt Magnum, qui erat Filius Olaph martyris à Concubina Magnus ſtatim inuadens Daniam, poſſedit duo Regna; Hardechnut Rege Danorum cum exercitu morante in Anglia. Qui mox aduerſus Magnum pugnaturus conſanguineum Suen claſſi præfecit. Suen victus à Magno, cum in Angliam remearet, Hardechnut mortuum repperit.*

Canutus cognomento durus, Rex Daniæ & Angliæ mortuus, Anno Domini 1042.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Eduardus priuignus Canuti Magni Regis Angliæ.*

*In cuius locum Angli prius elegerunt fratrem eius Eduardum, quem de priori marito Ymma genuit. Vir magnus & timens Deum. Isq; ſuſpectum habens Suen, quod ſceptrum Anglorum ſibi repoſceret, pacem cum Tyranno fecit; Conſtituens eum proximum, ſe mortuo, Regni Anglorum hæredem, vel ſi filios ſuſciperet. Tali pacto mitigatus Suen in Daniam remeauit. Multa prælia Suen, cum Magno, acta feruntur. Suen totiens victus, ad Regem Sueonum fugiens, peruenit Anundum.*

*Dani amittunt Angliam.*

*Qua occaſione Regnum Daniæ occupauit Magnus cognomento bonus, Rex Noruagiæ, indicat Saxo in fine libri ſui decimi. Quo etiam loco mutationes in Anglia factas exponit, quibus tum Dani Anglia penitus eiecti, imperio poſtmodum eius nunquam potiti ſunt.*

## CAPVT LVIII.

### Colloquium Magni Regis Daniæ, cum Archiepiſcopo & Ducibus Saxoniæ.

*Magnus Rex Daniæ & Noruagiæ.*

*Thiadmarus Danus, Epiſcopus Hildinenſis.*

*Hæc Gunilda filia fuit Canuti Magni.*

*VIctor Magnus Daniam & Noruegiam obtinuit. Ad quem noſter Archiepiſcopus, vſq; ad Slaſuig, pro colloquio venit, habens in comitatu ſuo Ducem Bernardum & Thiadmarum Epiſcopum Hildinenſem, & Rodulfum eiuſdem Ciuitatis Epiſcopum. Iſte Thiadmarus à Dania ortus, cum Regina Gunild aduenit, cuius Patrocinio ille meruit Hildenenſem Epiſcopatum. Nam Barbarice Tymme vocabatur. In eo colloquio ſoror Magni*

Regis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Regis, Ordolpho Ducis filio deſponſatur. Qui vix peractis nuptijs, in gratiam + cognati, Haraldum quendam Principem Danorum, redeuntem ab vrbe Apoſtolorum, trans Albiam obtruncauit innoxium. Cauſa mortis ea fuit, quod de Regali ſtirpe Danorum progenitus, prior ſceptro videbatur quàm Magnus. Ea res initium Calamitatis peperit in familiam Ducis.

+ Leuiri.

Haraldus ex ſanguine Regio Danorum cæſus à Duce Ordolpho.

## CAPVT LIX.

Ratibor cum alijs octo Principibus Slauiæ, filijs ſuis, bello occiditur.

MAgnus autem Rex pro Iuſticia & fortitudine carus fuit Danis; verum Slauis terribilis; qui poſt mortem Chnut Daniam infeſtabant. Ratibor Dux Slauorum, interfectus eſt à Danis. Ratibor iſte Chriſtianus erat, vir magnæ poteſtatis inter Barbaros. Habuit enim filios octo, Principes Slauorum: qui omnes occiſi ſunt à Danis, dum Patrem vlciſci quæſierunt. Ad cuius mortem vlciſcendam iam tunc cum toto exercitu Vinuli venientes, vſq; ad Ripam vaſtando progreſſi ſunt. Et fortè Magnus Rex tunc à Nordmannia rediens, Heydebium appulit. Qui mox Danorum copijs vndiq; collectis, egredientes à Dania Paganos, in campeſtribus Hedeby excepit. XV milia feruntur ibi occiſa, &

Ratibor Dux Slauorum cæſus à Danis.

Filij Ratibor Principes Slauiæ, ulturi mortem patris cæduntur.

Slaui irrumpentes in Cimbriam ad Ripas progrediuntur.

Slauorum 1500. cæſa prope Sleſuigam.

facta eſt pax & lætitia Chriſtianis omni tempore Magni.

Godeſcalcus Dux Slauiæ.

Eodem verò tempore, Godeſchalcus poſt mortem Chnut Regis, & filiorum eius rediens ab Anglia, contra Slauoniam venit infeſtus, omnes impugnans, magnumq́ Paganis terrorem incutiens. De cuius fortitudine vel potentia, quam ſuper Barbaros habuit, poſtea dicemus.

## CAPVT LX.

### Obitus pientiſsimæ Comitiſſæ Emmæ.

Obitus Emmæ Comitiſſæ.

ET hæc quidem forinſecus, dum varia ſorte geſta ſunt, in Bremis ſtatus rerum labefactari cœpit. Summisq́ negatum ſtare diu. Noſtræ quoq; inuidit proſperitati. In diebus illis nobiliſsima Senatrix Emma obijt, vxor quondam Liudgeri Comitis, & ſoror Meginuercki Epiſcopi Podarbis. Sed vidua iam per Annos XL, totum ferè quem habuit ingentem Theſaurum, pauperibus & Eccleſijs diſperſit. Corpus eius requieſcit in Bremenſi Eccleſia, Anima eius gaudet in cœleſti requie. Illa dum adhuc viueret, Bremenſi Eccleſiæ cortem Stiplage iuxta Rhenum dedit. Liſmona verò, neſcio pro quo filiæ delicto, in partem ceſsit Imperatoris Conradi. Pro qua re, Giſla Regina, eo tempore viſitauit Liſmonam.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT LXI.

Brema incendio vaſtata. Monaſterio eadem conflagratione abſumto, fratres Regulæ obliti, libertate oblata, cum gaudio, vſi ſunt.

*ANno Archiepiſcopi penultimo Domus S. Petri Bremæ conflagrauit, eiuſq; flamma incendij Clauſtrum cum officinis, Vrbem cum ædificijs totam conſumſit, veteriſq; habitaculi nullum remanſit veſtigium. Ibi ſacræ Theſaurus Eccleſiæ, ibi libri & veſtes, ibi omnia ornamenta conſumta ſunt.*

Brema incendio uaſtata.

*Et hæc quidem rerum damna facilè poſſent recuperari, ſi maiora non pateremur in moribus detrimenta. Multum enim diſtant, vt quidam ait, damna morum, à damnis temporalium rerum; cum illa intra nos ſint, extra nos iſta. Sanè ex illo tempore fratribus, qui ante Canonicè vixerant, extra Clauſtrum vagantibus, regula Sanctorum Patrum, per multa prius ſæcula ſtudioſè conſeruata, primò negligentius haberi cœpit, deinde funditus abiecta conſenuit.*

Damna morum maiora damnis bonorum temporalium.

*Et ſunt Anni ab ordinatione S: Villehadi, cum Bremenſis Eccleſia fundata eſt, vſq; ad finem Alebrandi, quando eadem Eccleſia combuſta eſt, Anni fermè CCLXX. Combuſta eſt autem intrante Autumno, quod eſt III. Idus Septemb:*

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# CAPUT LXII.

## Obitus Archiepiſcopi Alebrandi.

ARchiepiſcopus eo tempore in Freſiam iter egit. Is conflagratione Templi audita, mox pedem retorſit, iactisq; ſequenti æſtate fundamentis, ad formam Colonienſis Eccleſiæ, diſpoſuit, huius noſtræ magnitudinem perficere. Et profectò credimus, ſi longiorem ſibi vitam fata conceßiſſent, omne opus Eccleſiæ finiturus erat paucis Annis. Tanta erat præſulis animoſitas & inſtantia, in omni opere, præcipuè verò in Templi ædificatione. Porrò ſola æſtas, quæ inceperat hoc opus, fundamenta Eccleſiæ iacta, columnas & arcus earum, lateraq; in altum erecta vidit.

Eccleſia Bremenſis renouata.

Tranſacta hyeme, cum iam feſtiuitas immineret Paſcalis, beatißimus Pontifex Alebrandus, pridie ante Cœnam Dominicam, credo non inſcius vocationis ſuæ, ab Eccleſia Schirnbecke, vel Stade, vt alij affirmant, nudis pedibus acceßit Bremam. Vbi multa oratione cum lacrymis effuſa, Deo & Sanctis eius commendauit Eccleſiam. Cumq; iam febribus tangeretur, nauigio delatus eſt ad Hucenſem præpoſituram, ibiq; ſuperuixit dies ſeptem. Sic terrenum Phaſe cœleſtibus mutans azymis, Anima eius gaudens tranſiuit ad

Obitus Alebrandi ſeu Bezelini.

ad Dominum. At verò corpus Antiſtitis cum ingenti luctu ſequentium & occurrentium, per alueum Viſulæ fluuij Bremam deportatum; In medio nouæ, quam tunc ipſe ortus eſt, Baſilicæ, tumulatum eſt. In quo ſcilicet loco primùm Altare maius ſitum fuerat, iuxta Mauſoleum Sancti Patris Villehadi.

## CAPVT LXIII.

### Epitaphium Alebrandi.

PEr idem verò tempus apud Magdeburg, felicis memoriæ, Hunfrid Archiepiſcopus obijt; illiq́ ſucceſsit Engilhard reiecto illo, qui ſpreuit Archiepiſcopatum Vinthero.

Anno Domini MXLIII. contigit depoſitio dilecti Patris Alebrandi circa diem XVII. Kalend: Maij. Hæc eſt Indictio XI.

Vale in Chriſto Paſtor amabilis, & tuo gregi nunquam obliuiſcende. Tranſi ad Paſcha cœlorum, vbi cum Agno Paſchali epuleris in azymis ſinceritatis & veritatis. Recipere feliciter in æterna tabernacula, vbi cum Angelis indeficua lætaris beatitudine. Quam diu enim temporali nobiſcum vita fruebaris, Paſtoralis curæ officia, nobiliter impleſti. Vita & doctrina, omnia nobis dulcia. Nunc autem raptus

Epitaphium Alebrandi.

Sap. 4.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

es: ne malitia mutaret intellectum tuum. Ideoq; pius Dominus properauit, educere te de medio iniquitatum, ut fructum laborum tuorum pleniter percipies, etiamſi non perfeceris omnia bona, quæ voluiſti. Ergo Iuſtitia tua manet, & memoriale tuum non derelinquetur in ſæculum ſæculi.

Vide Crantzij Metropolim.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## *ARGVMENTVM LIBRI TERTII.*

*DVobus ſequentibus Libris, Autor, vitam & exitum Adalberti Archiepiſcopi, qui Alebrando ſucceßit, deſcribit. Atque ſtatim in ipſo limine huius libri tertii, conqueritur de difficultate ſcribendi eius Hiſtoriam, præſertim quum Archiepiſcopi mores, ita varii & inconſtantes extiterint, vt ſi quis eum laudibus extulerit, Adulationis; ſi vituperauerit, Maleuolentiæ facilè poßit ſuſpitionem incurrere. Initio enim gubernationis ſuæ, magnum præ ſe tulit religioſæ Sedulitatis, Modeſtiæ & Bonitatis ſpecimen, adeo vt peculiari quodam zelo, viſus ſit Eccleſiæ ſuæ honori & incremento ſtuduiſſe. Pro cuius etiam dignitate & libertate tutanda, magnas geßit ſimultates, cum Bernardo Duce Saxoniæ & eius filiis ac ſucceſſoribus. Quorum conatus, vt facilius infringeret, Eccleſiam ſu-*

Vita Adalberti XIII & proſtremi Archiepiſcopi Hamburgenſis hiſce duobus poſtremis libris eſt comprehenſa.

Mutatio morum, facta in Adalberto.

*am deſerens, curiam Imperialem ingreſſus eſt; tantumq́ apud Imperatorem obtinuit exiſtimationis, vt ex ipſius conſilio, & res pacis decernentur, & profectiones quoq; atq; expeditiones ſuſciperentur bellicæ. Sed accidit hoc ipſi poſtea, quod eſt in Prouerbio veteri;*

*Incidit in Scyllam cupiens vitare Caribdim.*

*Dum enim foris aulicæ Beneuolentiæ ſtudiis, ſe aduerſus inimicorum vim & potentiam munit; ipſius abſentia, ingens capit res Eccleſiaſtica domi detrimentum; & ipſe aulicis iam paulatim aſſuetus pompis & ſtrepitibus, cœpit indies fieri inſolentior, & comitatum quoq; alere multô ſplendidiorem. Iam is ſtatim, totum ſe penitus quaſi vanitati mancipaſſe viſus, ſomno atq; ſomniis, Aleis atq; Ariolis magnopere deditus, officium negligentèr faciebat. Si quid tamen, quod officium concerneret, faceret, id omne Ambitionem & Immoderationem efferati animi incredibilem redolebat. Ea ratione non tantùm ſuis grauis &* Moderata durant.

ingra-

ingratus, ſed & magnatibus quoq;, quos prius ſibi inſenſos habuit, inuiſus ac odioſus factus eſt. Horum præcipuus erat Dux Bernardus, cum filiis ſuis, qui in oppido anguſtum redegerunt hominem, ita vt præ Iracundia et Impotentia animi, ad mentis inopiam ferme deuenerit. Hæc prima mali labes, & occaſio ruinæ Adalberti, de quibus libro proximo et vltimo plura ſubiicit Autor.

Status rerum ſub Adalberto in Dania.

Quis autem interea fuerit ſtatus vicinarum Eccleſiarum et Nationum, id breuiter in hunc fere refertur modum. In Dania rerum potiebatur, SVENO ESTRITIVS, qui ductā conſanguineam Suecam, admonitus ab Adalberto, eius ſuaſu dimiſit. In Anglia, ope liberorum Comitis Goduini, peruenit ad Imperium Rex Edouardus. In Noruagia frater D. Olai, Haraldus, Conſtantinopoli reuerſus dominium obtinuit. Is Crudelitatis atq; Auaritiæ inſimulatur, credo quod iugum Eccleſiæ Hamburgenſis fortè excutiens, dixerit ſe neſcire

Anglia.

Noruagia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

quis ſit, Archiepiſcopus aut potens in Norua-
Suetia. gia, niſi ſolus Haraldus. In Suetia Rex Ed-
mundus cognomento ſenior, Legatos Archiepi-
ſcopi repellens, ſucceſſorem magis pium & de-
Slauia. uotum habuit Stenkillum. In Slauia autem
Godſcalcus et voce & armis, adiutus à Rege
Suenone, ſatagebat Neophytos confirmare, &
nondum conuerſos, Chriſto lucrari. Quod dum
facere laborat, ipſe vnà cum Coniuge filia Ca-
nuti Magni Regis Daniæ, glorioſam Mar-
tyrii coronam aſſequitur. Qua de re
libro ſequente plura.

## CAPVT PRIMVM.

Adalbertus ſucceſsit Alebrando, atque ita præfuit, vt partim laudem, partim reprehenſionem commeruerit.

Adalbertus XIII. Archiepiſcopus Hamburgenſis.

ADalbertus Archiepiſcopus ſedit Annis vndetriginta. Virgam Paſtoralem ſuſcepit ab Henrico Imperatore filio Conradi, qui à Cæſare Auguſto, Romanorum Imperatorum XC. erat



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

in ſolio; exceptis illis qui ſimul regnabant cum alteris. Pallium Archiepiſcopale, vt deceſſores ſui, per Legatos accepit à ſupra dicto Papa Benedicto, quem in ordine Romanorum Pontificum, poſt Apoſtolo s, fuiſſe CXLVII. reperimus. Ordinatio eius facta eſt Aquiſgrani, præſente cum Principibus & Cæſare, duodecim Epiſcopis aſtantibus & manum imponentibus. Cuius benedictionis copiam ipſe multotiens, ſibi maledicentibus obiecit, ſubridens ac dicens: ſibi non poſſe ab aliquo maledici, qui à tantis Eccleſiæ Patriarchis, ab initio & ſimul, tam ſolenniter benedictus fuerit.

De cuius viri geſtis & moribus, cum difficile ſit aliquid dignum ſcribere, ad ſcribendum ea nos cogit neceſſitas, quoniam promiſimus libelli huius tenorem, O venerabilis Præſul Liemare, vſq; ad diem tui Pontificatus extendere. Vnde licet ſtultè audacterq́; introierim hoc pelagus, nunc tamen haud imprudenter feciſſe videar, ſi ad littus properabo, in quo littore, acceſſione vix aliquem portum video imperitiæ meæ: Ita plena ſunt omnia ſcopulis inuidiæ, detrectationumq́; aſperitatibus, vt ea quæ laudaueris, adulatione carpent, quæ vero delicta reprehenderis, dicant fieri ex maleuolentia.

Liemarus ſucceſſor Adalberti.

Difficultas Hiſtoriæ Adalberti.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT II.

**Adalbertus, initio, Bonitatis atq; Sedulitatis magnum præ ſe fert ſpecimen; ſed ad extremum, prauis obtemperans conſultoribus deficit.**

*QVum tamen ille vir memorabilis, omni genere laudum poßit extolli, quod nobilis, quod pulcher, quod ſapiens, quod eloquens, quod caſtus, quod ſobrius. Hæc omnia continebat in ſeipſo & alia item bona, quæ extrinſecus homini ſolent accidere, vt ſit diues, vt fœlix, vt gloriam habeat, vt potentiam, omnia ſibi abundè fuerunt.* Laus Adalberti. *Præterea in legatione Gentium, quod primum eſt Hamaburgenſis Eccleſiæ officium, nemo vnquam tam ſtrenuus potuit inueniri. Item in diuinis Miniſterÿs ſoleniter obeundis, in honore ſedis Apoſtolicæ, in fidelitate Reipub: in ſolicitudine ſuæ Parochiæ, vix potuit habere comparem, aut qui in Paſtorali cura vigilantior eſſet in omnibus; ſi ita perſeueraſſet. Nam quum talis fuerit ab initio, circa finem deterior videbatur, ad quem virtutis ſuæ defectum corruit, vir non bene cautus; tam ſua negligentia, quàm cæterorum impellente malitia. De quibus ſuo loco poſtea latius dicetur.*

*Quoniam verò difficile eſt omnes viri actus, aut benè, aut plenitèr, aut in ordinem poſſe definiri à me:* præci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*præcipua geſtorum eius ſummatim quæq; delibemus, affe- ctu condolentis ad eam peruenire deſiderio ✝ calumni- am, qua nobilis & diues Parochia Hamaburg & Bremenſis vaſtata eſt à Paganis; altera direpta eſt à Pſeudochriſtianis. Igitur narrationis initium tale fa- ciam: vt ſtatim ex moribus eius poßint omnia cognoſci.*

✝ Cala- mitatem.

Miraculo etiam claruiſſe Adalbertum uideo Lambertum Schafna- burgenſem indicaſſe, qua de re ita ſubijcit. M L X V. Rex natalem Domini Goſlariæ celebrauit, Paſcha Vormaciæ. Vbi Archiepiſcopus Bremenſis inter ſacra miſſarum ſolennia, dum debitum tantæ feſtiuitati ſermonem faceret, hominem ab infeſtatione Dæmonis purgauit, fuſis pro eo tam ſuis quàm totius populi, qui præſens erat, precibus. Ea res gran- di miraculo cunctis erat, ſtupentibus ſcilicet quod uir tàm peßimæ in po- pulo exiſtimationis, qui uitam uirtutum non haberet, ſigna uirtutum fa- ceret. Sed æmuli eius inuidioſè hoc interpretabantur, non meritis eius, ſed præſentium populorum ſupplicationi aſcribendum eſſe tantæ rei effectum.

Miracu- lum edi- tum putant ab Adal- berto.

## CAPVT III.

### Modeſtia & Humilitas Adalberti.

*ERat nimirum vir genere nobilißimus, ho- nore primo, Haluerſtadenſis Præpoſitus, ingenio acri & inſtructo multarum arti- um ſuppellectile. In diuinis & humanis Prudentiæ magnæ, & ad ea quæ auditu vel ſtudio col- legit, retinenda & proferenda memoriæ celebris, elo- quentiæ ſingularis. Tum præterea, quod forma corporis erat ſpecioſus, caſtitatis amator fuit. Largitas eiuſmodi,*

Eruditio Adalberti.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Vt petere haberet indignum, tardè aut humilitèr acceperit, promptè verò hilariterq́; ſæpe non petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, quam ſolis exhibuit ſeruis DEI pauperibus & peregrinis, adeo vt ſæpe antequam cubitum iret, XXX & amplius mendicantibus ipſe genu flexo pedes lauaret. Principibus autem ſæculi & coëqualibus ſuis humiliari nullo modo voluit. In quos etiam tali zelo exarſit aliquando, vt hos Luxuriæ, illos Auaritiæ, quoſdam Infidelitatis arguens, nulli demum parceret, quem notabilem cognouit.

Adalberti Humilitas.

Itaq; multis virtutibus in vnum vas congregatis, poterat vir talis eſſe, diciq́; beatus, niſi vnum vitium obſtaret, cuius deformitas omnem decorem Præſulis obnubilaret, hoc erat Cenodoxia, familiaris diuitum vernacula, quæ prudenti viro talem Inuidiam peperit, vt multi etiam, bona quæ fecit, plurimi dicerent fieri pro mundana gloria. Sed videant eiuſmodi, ne temere illum iudicent: hoc ſcientes, quod in rebus ambiguis, abſolutum non debet eſſe iudicium: vt quo alterum iudicas, teipſum non condemnes.

Adalberti Ambitio.

## CAPVT IIII.

### Zelus Adalberti pro Eccleſia ſibi commiſſa.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

NObis autem qui cum eo viximus, quotidianamq́ viri conuerſationem inſpeximus, notum eſt, aliqua illum ſicut hominem feciſſe pro honore ſæculi, multa vero pro timore DEI, ſicut bonum hominem. Et quamuis largitas eius in cunctos, modum excederet; inueni tamen eam largiendi rationem, quod pro ditanda Eccleſia ſua, quoſdam ſtuduit obſequijs placare, ſicut Reges & eorum conſilio proximos; alios autem qui Eccleſiæ ſuæ aliquo modo nocere videbantur, acerrimò perſequutus eſt odio, ſicut Duces noſtros, & nonnullos Epiſcopos.

Adalberti zelus pro ſua Eccleſia.

Audiuimus eum ſæpeaumero pro lucro Eccleſiæ ſuæ, ſe ſuoſq́ parentes deuouiſſe; adeo, inquit, nemini parcam, nec mihi, nec fratribus, nec pecuniæ, nec ipſi Eccleſiæ, vt Epiſcopatus meus aliquando liberetur à iugo, vel par cæteris efficiatur. Quæ omnia melius in ipſo Hiſtoriæ, contextu pandentur; vt videant ſapientes, quàm coactè & non temerè, immo probabili ratione, fecerit aliqua, in quibus deſipuiſſe vel inſaniſſe videatur à non intelligentibus.

## CAPVT V.

Adalbertus, murum Ciuitatis recens collocatum ab Alebrando deſtruit, & ad Eccleſiæ ædificationem abſoluendam transfert.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ANno ordinationis ſuæ primo, poſtquam Pontifex ſolenniter intronizatus, Eccleſiæ nuptias Bremæ peregit, videns Baſilicæ nouiter incœptæ opus immenſum, vires quærere maximas, nimis præcipiti vſus conſilio, ſtatim murum Ciuitatis à deceſſoribus orſum, & quaſi minus neceſſarium, deſtrui fecit, iuſsitq́; lapides in Templo poni. Nam & turris ſpecioſa, quam diximus, VII. Cameris ornatam fuiſſe, tunc funditus eſt diruta. Quid loquar de Clauſtro? quòd lapide polito conſtructum, pulchritudine ſua viſus contuentium refecit, & hoc præſul abſq; mora præcipit diſsipari, quaſi illud pulcrius citò facturus. Cogitauit enim, vt ipſe nobis de ea re ſiſcitantibas aperuit, Refertorium; dormitorium, cellarium, & cæteras fratrum officinas, omnia ex lapide, ſi locus aut ocium ſuppeditarent. Ad quæ omnia, cum ſibi omnia abundè ad manus fore gloriaretur, vt pace fratrum dicam, ſolam Clericorum & lapidum pernuriam ſæpe quærebatur.

Adalberti Temeritas.

Interea feruet opus, ſurrexit Eccleſiæ murus, cuius formam antè Alebrandus ad inſtar Colonienſis incœpit; ipſe vero ad exemplum Beneuentanæ domus cogitauit perducere. Anno tandem ſeptimo incœpti operis moles, à fronte leuata eſt, ac principale Sanctuarij Altare dedicatum in honore Sanctæ Mariæ. Nam ſecundum

cundum

cundum in Occidentali abſida conſecrandum Altare diſpoſuit, in amorem Sancti Petri, cuius ſub inuocatione legitur antiqua Baſilica extructa. Emergentibus itaq; multis Archiepiſcopo anguſtiis, manſit opus imperfectum ad Annum Pontificij XXIIII: Cum & ego indigniſſimus Eccleſiæ Dei matricularius Bremam veni: Et tunc demum Templi parietes dealbabantur, Occidentaliſq; crypta Sancto Andreæ dedicata eſt.

Autor uenit Bremam.

## CAPVT VI.

Aemulatio exorta inter Archiepiſcopum & Ducem Bernardum.

ET quoniam magnus Pontifex vidit Eccleſiam & Epiſcopatum ſuum, quem deceſſoris ſui Adaldagi Prudentia liberauit, iniqua Ducum potentia iterum vexari, ſummo niſu conatus eſt eandem Eccleſiam priſtinæ libertati reddere, ita vt nec Dux, nec Comes, nec aliqua Iudicialis perſona, quempiam diſtrictum ſeu poteſtatem haberet in ſuo Epiſcopatu. Quod niſi per odium fieri nequiuit, dum correpti Principes pro nequitia, ad Iram magis accenderentur.

Aemulatio inter Ducem Saxoniæ & Archiepiſcopum.

Aiuntq; Bernardum Ducem, cum pro nobilitate ac ſapientia ſuſpectum haberet Pontificem, ſæpe dixiſſe, Illum quaſi exploratorem poſitum in has Regiones, qui



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*qui infirma terræ, alienigenis & Cæſari eſſet proditurus. Ideoq; dum ipſe aut aliquis filiorum eius aduixerit, Epiſcopum nunquam bonum diem habiturum in Epiſcopatu. Quod verbum in pectus Epiſcopi altius quàm quiſquam ratus erat, deſcendit.*

Minæ Ducis in Archiepiſcopum.

## CAPVT VII.

Archiepiſcopus curiam Imperatoris ſequitur, vt fauore Imperatoris muniatur aduerſus Ducem.

*ITaq; ex eo tempore Ira & Metu anxius, moliri, parare, atq; ea modo cum animo habere cœpit, quæ Duci & ſuis profutura non eſſent. Diſsimulato ad tempus animi dolore, quod alia via conſilium non inuenit, totus confugit ad auxilium palatij, nec peperſit ſibi aut ſuis, aut ipſi Epiſcopatui, Cæſarem placando & aulicos, dummodo id efficeret, quo Eccleſia eſſet libera. Proinde viſus eſt tantos labores in curia tolerаſſe, tantaſq; vbiq; terrarum expeditiones ſpontè cum ſuis deſudaſſe, vt infatigabilem eius viri Conſtantiam miratus Cæſar, ad omnia publicæ rei conſilia virum habere maluerit vel primum.*

Adalbertus quærit præſidium in aula Imperatoris aduerſus Ducem Saxoniæ.

*Expeditiones verò quas in Vngriam, Slauoniam, Italiam, vel Franciam cum Cæſare Pontifex egit,*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*multæ ſunt. Quæ cum ſingulæ magnis Epiſcopij ſumptibus, multiſq́ familiarum oppreſſionibus exigerentur, duarum nos tantum facere mentionem cogimur; hoc eſt Italicæ quæ prima fuit, & Vngaricæ, quæ poſtrema, eo quod inſignes, præ cæteris fuerunt; nobiſq́ ambæ infelicitèr euenerunt. Et de Vngarica quidem dicitur in fine, nunc de Italica videamus.*

## CAPVT VIII.

### Archiepiſcopus proficiſcitur in Italiam cum Imperatore Henrico.

*HEnricus Rex domitis vel compoſitis pannonum ſeditionibus, Eccleſiaſtica vt dicitur neceſſitate Romam tractus eſt, comitem habens cum cœteris imperij magnatibus, & noſtrum Archiepiſcopum. Vbi depoſitos qui pro Apoſtolica ſede certauerant, Benedicto Germano & Syluestro ſchiſmaticis, Adalbertus Pontifex in Papam eligi debuit, niſi pro ſe collegam poſuiſſet Clementem, à quo Rex Henricus coronatus Imperator & Auguſtus vocatus eſt.*

Profectio Italica Adalberti cum Imperatore Henrico.

Sindigerus is dictus fuit, de quo ſupra lib. 2.

Quæ hoc loco leni brachio tanguntur, & parcè admodum delibantur, digna ſunt quæ paullo planius explicentur, ad detegendum ueras & inſignes ueri Romani Antichriſti notas. Benedictus IX, quum ob ruditatem & inſcitiam meritò cæpiſſet odio haberi à pop. Rom. primum aſciuit ſibi collegam Epiſcopum Sabinenſem, qui dictus fuit Sylueſter III. Deinde quum ne ſic quidem placaſſet uulgus, immo magis irritaſſet, con-

Notæ Antichriſti Romani.

ſtituit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſtituit ſe omnino Pontificia dignitate abdicare, & ob id Pontificatum, certam pactus pecuniam, uendidit Archidiacono ad portam latinam, qui nuncupatus eſt Gregorius VI. Eius rei quum non multo poſt eum pœniteret, Pontificiam ui rapuit ac conſcendit cathedram. Ita tres ſimul & eodem tempore Pontifices, ſeditioſa & nefaria planè animorum contentione, de ſumma rerum in Vrbe digladiare uiſi ſunt. Horum immanitatem deteſtari uolens quaſi uideri Gratianus Preſbyter, ſingulos tantiſper adibat, donec numerata immenſa ui auri & argenti, illi titulo Pontificali ſe abdicarent, ipſe tanquam Vrbis conſeruator, populi ſuffragio n eorum locum ſucceſſerit. Henricus Imperator Romam ueniens, initio hunc ipſum Gratianum, Simoniæ reum, loco amouit; atq; inde conuocata Synodo, tres priores ſimiliter, non ut Simoniacos tantum, ſed & ut Homicidas atq; Sanguinarios condemnari fecit, atq; in horum omnium locum, Sindigerum Epiſcopum Bambergenſem repoſuit. Is poſt obitum Imperatoris, ſtatim ueneno ſublatus eſt, à Stephano quodam, ſucceſſore ſuo, dicto Clemente II. Hic iniquè & malitioſe parto honore non diu gauiſus, 23 die Pontificatus ſui ſubito è uiuis exceßit. Hæc eſt Sanctæ & Apoſtolicæ (ut hodie contendunt) Romanæ Eccleſiæ Integritas & Sanctimonia.

*Schiſma.* *Simonia.* *Romanæ Eccleſiæ Sanctimonia.*

## CAPVT IX.

Archiepiſcopus Imperatorem Bremam perducit atq; honorifice excipitur. Donatur ab eo comitatu Friſiæ. Quod ægre ferens Comes Thiadmarus Imperatori paritèr & Archipiſcopo molitur inſidias.

*Imperator Henricus uenit Bremam.*

*POſt hæc Imperatorem ab Italia reuertentem, Archiepiſcopus noſter fertur Bremam vocaſſe, occaſione data, qua Liſmonem viſere deberet, vel Regem Danorum inuitare ad colloquium; Sed re vera vt fidem exploraret Ducum.*

cum. Imperator autem Bremæ apparatu Regio, ſicut dignum fuit, receptus, Cortem quæ Balga dicitur fratribus obtulit, Eccleſiæ vero Comitatum Freſiæ conceſſit, quem ante Godafridus habuit. Cæſar inde Liſmonam veniens mox, vt aiunt, per inſidias à Thiadmaro Comite circumuentus, Archiepiſcopi noſtri ſtudio defenſus eſt. Quare idem Comes à Cæſare vocatus in ius, cum ſe purgare mallet, duello, à ſatellite ſuo interfectus eſt.

Godafridus Comes Friſiæ cæſus duello.

Cuius mortem Dux Germanus & filij eius acerrimè zelantes in Archiepiſcopum, ex eo tempore ipſum, & Eccleſiam eius & familiam Eccleſiæ, lætali odio perſequuti ſunt. Cumq; pax ficta interdum ambas conciliaſſe partes videretur, nihilominus tamen illi qui Ducem ſequebantur antiqui memores odij, quod patres eorum exercuerint in Eccleſiam; noſtros impugnare non ceſſarunt, affligentes omnibus modis. Exurge Domine, iudica cauſam tuam, memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum.

Pſal: 73.

## CAPVT X.

Archiepiſcopus reconciliatus Ducibus, de octo præpoſituris à ſe erigendis atq; fundandis conſtituit.

Metropolitanus autem econtra bonis ſtudijs certans, & beneficijs redimens tempus, quoniam dies mali erant, pacem cum Ducibus fecit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*cit. Deinde verò ſolicitudinem gerens Parochiæ, aliquid magnum vel ſe dignum cogitauit, vt vbiq; nobilitatis ſuæ monumentum relinqueret. Et primo quidem floccipendens auream deceſſorum mediocritatem, vetera contempſit, noua molitus omnia, conatibus pugnans, vt Bremam ſimilem cættris efficeret vrbibus, ſtatim ex bonis, quæ ipſe adquiſiuit, duas fecit præpoſituras: vnam Sancto Villehado, vbi corpus eius, aut requieſcit, aut tranſlatum eſt: Alteram Sancto Stephano, cuius ſe famulum multotiens gloriabatur ipſe Archiepiſcopus. Has duas confinxit à principio, verùm & alias poſtea fecit, hoc eſt in Bremis, Tertiam Sancto Paulo, de bonis quæ Hoſpitali pertinebant Lyaſmonæ. Quartam de prædio eiuſdem Cortis. Quintam voluit apud Stade fieri. Sextam vero trans Albiam in Sulenberg. Septimam quoq; incœpit in Aſpice, qui locus in Mindenſi Parochia eſt; ſylueſtris & montoſus. Octaua eſt Abbatia Gozicana, iuxta Salam fluuium, quæ fundata eſt à parentibus Archiepiſcopi.*

Adalbertus Archocto Præpoſituras nititur conſtituere.

## CAPVT XI.

Multa initiò ab Archiepiſcopo benè conſtituta & inchoata, ante conſummationem corruunt.

*ALia etiam plurima diuerſis locis inchoauit opera, quorum pleraq; defecerunt ipſo adhuc viuo, & Reipub. negotijs intento; ſi-*

cut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

cut illa domus lapidea, quæ in Aſpice, ſubito caſu lapſa corruit, ipſo præſente. Cætera verò ex raptu vel negligentia Præpoſitorum diſsipata probantur, in quos comperta fraude, atrocitèr aliquando vltus eſt Archiepiſcopus. Qua in re videri poteſt eorum nequitia, quibus ille plus iuſto fidem habuit, voluntatem præſulis à bono incœpto ſæpe conuerſam. Opera infauſta Adalberti.

Et res quidem domeſticæ à principio bene ac laudabiliter ab illo viro prouiſæ ſunt. Quæ autem foris pro legatione Gentium acta ſint, conſequens ſermo breuitèr declarabit.

## CAPVT XII.

Sueno Rex Daniæ ducta conſanguinea, ab Archiepiſcopo admonitus, eam dimittit.

Metropolitanus ſtatim vt ingreſſus eſt Epiſcopatum, ad Reges Aquilonis pro amicitia Legatos miſit. Epiſtolas quoq; commonitorias ſparſit per omnem Daniam, ſiue Nordmanniam ac Suediam, & vſq; in fines terræ, exhortans Epiſcopos & Preſbyteros in partibus illis degentes, vt Eccleſias Domini noſtri Ieſu Chriſti fidelitèr cuſtodirent, atq; ad conuerſionem Paganorum accederent intrepidi.

Magnus eo tempore ſimul tenebat duo Regna, Danorum videlicet atq; Nordmannorum. Iacobus in



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Sueno Rex Daniæ Magnum pepulit ex Dania.

Sueonia adhuc ſceptrum habuit; cuius auxilio Suen & Tuph Ducis effultus, Magnum pepulit à Dania, qui denuo bellum inſtaurans, obijt in nauibus. Suen duo Regna poſſedit, claſſemq́ paraſſe dicitur, vt Angliam ſuo iuri ſubijceret, verum ſanctiſſimus Eduardus, quum Iuſticia Regnum gubernaret, tunc quoq́ pacem eligens, victori obtulit tributum, ſtatuens eum, vt ſupra dictum eſt, poſt ſe Regni hæredem.

Anglia Regi Suenoni tributaria.

Cum Rex iuuenis Suen tria, pro libito ſuo, Regna tenuerit, mox ſuccedentibus proſperis, oblitus eſt cœleſtis gregis, & conſanguineam à Suedia duxit vxorem. Quod Domino Archiepiſcopo valde diſplicuit, furentemq́ Regem miſſis ad eum legatis de ſcelere terribilitèr increpauit. Poſtremo niſi reſipuerit, excommunicationis gladio feriendum eſſe. Tunc ille conuerſus in furorem, minabatur omnem Parochiam Hamburgenſem vaſtare & excindere. Ad quas minas imperterritus noſter Archiepiſcopus, arguens & obſecrans, perſtitit immobilis, donec tandem flexus Tyrannus Danorum per literas Papæ, libellum repudij dedit conſobrinæ. Nec tamen Rex Sacerdotum admonitionibus aurem præbuit. Sed mox vt conſobrinam à ſe dimiſit, alias itemq́ alias vxores & concubinas aſſumpſit, & ſuſcitauit ei Dominus inimicos in circuitu multos, ſicut Salomoni fecit proprios ſeruos.

Sueno Eſtrithius Rex Daniæ repudiat conſanguineam.

Diuer-

Diuerſa eſt narratio Autoris noſtri hoc loco, ab Hiſtoricis alijs. Ad mortem Magni Regis Noruegiæ quod attinet, ſolùm hoc annotabimus, referre quoſdam cum mare nauigantem obiiſſe, alios eum in Cimbria Cherſoneſo placide expiraſſe, alios autem, quorum è numero eſt noſter Saxo lib. 10, eum deturbatum, per occurſum leporis, equo atq; trunco præacuto adactum, extinctum eſſe.

*Variæ ſententiæ de obitu Magni Regis Suetiæ.*

Aſcribemus huc quoq; Epitaphium Suenonis Eſtritij, quod ad tumulum eius exaratum reperimus Roſkildiæ in æde Trinitatis, in hunc modum.

*Epitaphium Suenonis Magni.*

SVENO MAGNVS REX DANIAE, ANGLIAE ET NORVAGIAE.

*Regum Sueno decus, magno quo Dania Rege*
*Floruit & ſceptris imperioſa fuit.*
*Non uirtute minor Sueno, quàm nomine Magnus,*
*Nam dici poterat Magnus utroq; modo.*
*Hunc ſoror illuſtris Regis præclara Canuti,*
*Eſtridis genuit prole beata parens.*
*Anglos Marte premens, Noruagica Regna ſubegit,*
*Fit tria ſceptra tenens unica Dana manus.*
*Res miranda nimis, quem uix tria Regna ualebant* „
*Imperio capere, iam petra parua capit.* „
*Et quia ſtare diu nequeat terrena poteſtas,* „
*Terrarum Reges quærite regna DEI.* „

## CAPVT XIII.

Haraldus D. Olai frater, Conſtantinopoli reuerſus, Noruagiam eripit Suenoni Regi Daniæ.

*Haraldus quidem frater Olaph Regis & Martyris, viuente adhuc Germano, patriam egreſſus, Conſtantinopolim exul abijt. Vbi miles Imperatoris effectus, multa præ-*

*Haraldus D. Olai frater Rex Noruagiæ.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

lia mari, contra Saracenos & Schytas geſsit, Fortitudine clarus, & diuitijs auctus vehementèr. Is verò defuncto fratre, cum in Patriam reuocatus eſſet, Suen conſanguineum regnantem repperit. Cuius, vt dicitur, manibus ſe tradens, Sacramentum fidelitatis exhibuit victori, & patrium Regnum pro Ducatu accepit in beneficium. Sed mox vt ad ſuos venit, & Nordmannos ſibi fideles eſſe perſenſit, facile ad rebellandum perſuaſus, omnia Danorum maritima ferro vaſtauit & igne. Et tunc Arhuſiæ Eccleſia incenſa ac Slaſuig deprædata eſt. Suen Rex terga vertit. Inter Haraldum & Suen prælium fuit, omnibus diebus vitæ eorum.

Haraldus à Græcia regreſſus, filiam Regis de Ruſsia Gerzleph uxorem accepit. Alteram tulit Andreas Rex Vngarorum, de qua genitus eſt Salomon. Tertiam duxit Rex Francorum Henricus, quæ peperit ei Philippum.

Filiæ Regis Rutenorum nubunt magnis Regibus.

Ingratitudo Haraldi in Suenonem.

Haraldus cognomento durus.

Haraldus iſte Rex Noruagiæ, potitus Regno, beneficio Suenonis, malam ipſi rettulit gratiam. Nam contractis ſtatim copiis, claſſem 60. nauium adornauit, atq; mare Balticum ingreſſus, ciuitates maritimas depopulatus eſt. Maximas clades acceperunt Arhuſia & Sleſuiga, quemadmodum & Autor noſter commemorat. Poſtea aperto Marte, cum Suenone Eſtritio congreſſus, graui atq; cruenta pugna, extitit ſuperior. Tandem pace facta, Haraldus ut erat animo prauo, irrequieto & ambitioſo, in Angliam ſe contulit, ubi cæſus, propria amiſit, dum aliena appeteret.

Pugna inter Suenonem & Haraldum.

## CAPVT XIIII.

Filij Goduini Angliam inuadunt, & Eduardum Regem conſtituunt.

Simul

*Simul eò tempore ſeparabant ſe Angli à Regno Danorum, filijs Goduini rebellionis Autoribus, quos amitæ Regis Danorum filios eſſe diximus, & quorum ſororem Eduard Rex duxit vxorem. Hi, namq; facta conſpiratione, fratres Suen Regis, qui in Anglia Duces erant, alterum Biorn ſtatim obtruncant: alterum Eſbern cum ſuis omnibus eiecerunt à Patria, & tenuerunt Angliam in ditione ſua, Eduardo tamen, vita & inani Regis nomine contento.*

Sicut enim prius diximus, Chnut Rex Danorum, ſororem ſuam, quæ à Richardo Comite repudiata eſt, dedit Vlff Duci ſuo. Ex qua nati ſunt Biorn Dux & Suen Rex. Vlff Dux ſororem ſuam Goduino Duci Anglorum copulauit, ex qua nati ſunt Suen, Toſte & Harald; & iſte Gythe, quam Rex Eduard in Coniugem habuit. Deinde Suen filius Goduini, occidit Biorn filium anunculi ſui. Haraldus autem, quum eſſet uir fortiſſimus, Griphum Hiberniæ Regem decollauit, Suen Regem Danorum ab Anglia pepulit, ipſumq; cognatum & dominum ſuum Eduardum pro nihilo habuit. Sequitur uindicta Dei & plaga Nordmannorum & excidium Angliæ.

Mutationes in Anglia ante tranſlationem Imperij ad Normannicum ſanguinem.

Griphus Rex Hiberniæ.

Genealogia poſterorum Regis Canuti in Anglia.

Sueno Eſtritius, nepos Canuti Magni ex ſorore quam locauit Vlfoni, mortuo Canuto Conſobrino, quum Daniam ſibi ab obitu Magni uindicare anniteretur, Angliam amittit. Angli enim pertæſi tyrannidis, quam in eos exercuerat Canutus (qui ob id cognomento durus appellatus fuit) præſidium Suenonis ſomno uinoq; ſepultum, funditus deleuerunt, atq; in Regium acciuerunt filium Ethelredi Alfredum, quem etſi ueneno è medio ſuſtulit Comes Goduinus, nihilominus alter Ethelredi filius Regiam occupauit dignitatem. Eo breui poſt defuncto, Regnum obtinuit Haraldus filius Goduini, qui ob repudiatam filiam Guilielmi Ducis Normanniæ, ab eo ingenti prælio uictus & cæſus eſt, pridie Idus Octobris Anno Domini 1066.

Angli deficiunt à Danis.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XV.

Emund cognomento ſenior, Rex Suetiæ, Archiepiſcopum Acephalum recipit, & Legatos Eccleſiæ Bremenſis reijcit.

Emund cognomento ſenior, Rex Suetiæ, alienus à fide chriſtiana.

Cvm hæc ibi geſta eſſent, Chriſtianiſsimus Rex Sueonum Iacobus, migrauit à ſæculo, & ſucceſsit ei frater eius Emund peſsimus. Nam iſte à Concubina Olaph natus erat, & cum baptizatus eſſet, non multum de noſtra Religione curauit, habuitq; ſecum quendam Epiſcopum nomine Oſmund Acephalum, quem dudum Sigafridus Nordmannorum Epiſcopus, Bremæ Scholis docendum commendauit. Verum is poſtea beneficiorum oblitus, pro ordinatione Romam acceſsit, indeq; repulſus, per multa loca circumiuit erroneus & ſic demum meruit ordinari à quodam Poloniæ Archiepiſcopo. Tunc veniens in Suediam, iactauit ſe à Papa conſecratum ad illas partes Archiepiſcopum. Sed cum noſter Archiepiſcopus Legatos ſuos ad Gamulam Regem dirigeret, inuenerunt ibi eundem gyrouagum Oſmund Archiepiſcopali more crucem præ ſe ferentem. Audierunt etiam quod Barbaros adhuc neophytas, non ſana fidei noſtræ doctrina corruperit. Quorum ille præſentia territus, ſolitis populum Regemq; dolis impulit, vt Legati repellerentur, quaſi non habentes ſigillum Apoſtolici, ille quidem

Oſmundus Epiſcopus Suetiæ Acephalus.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

dem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Erant autem Legati, fratres Bremenſis Eccleſiæ, quorum potiſſimus fuit Adaluardus ſenior, olim noſtri Clauſtri Decanus, verum tunc Sueonum genti ordinatus Epiſcopus. De cuius viri virtutibus multa poſſent dici; niſi properaremus ad alia.

Adaluardus Sueonum deſtinatus Epiſcopus.

## CAPVT XVI.

Legati Eccleſiæ Bremenſis à Rege Suetiæ repulſi, à Giutha Regina Daniæ recipiuntur & fouentur.

Legatos igitur à Sueonibus tali modo repulſos, fertur quidam, nepos an priuignus Regis, ignoro, perſequutus eſſe cum lacrymis, ſupplicitèr ſe commendans orationibus eorum. Nomen ei Stenkeil, is ſolus miſericordia motus ſuper fratres obtulit eis munera, tranſmiſitq; eos per montana Suedorum ſaluos, vſq; ad ſanctiſſimam Gunild vel Giuthe Reginam, quæ à Rege Danorum pro conſanguinitate ſeparata in prædijs ſuis, trans Daniam commorata eſt, hoſpilitati, eleemoſynisq; vacans, & cæteris operibus Sanctitatis inſiſtens. Ea Legatos cum ingenti honore, quaſi à DEO miſſos, recipiens, magna per eos xenia miſit Archiepiſcopo.

Alia erat Gunild, relicta Anundi, alia Gythe, quam Thora interfecit.

Stenkil Rex Suetiæ fauet Relligioni Chriſtianæ.

Giutha repudiata à Sueone pietati uacat.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

De hac Giutha in hunc modum loquitur Saxo Grammaticus lib. II. Giutha paternos penates repetens, ſuſceptis uiduitatis inſignibus, cum ſumma morum ſynceritate conſenuit, caſtitatemq; uotis profeſſa, uirilis Concubitus experientiam abdicauit. Sed nec inerti otio effluere paſſa, quotidiana conſuetudine exquiſita ſacrariorum ornamenta fingebat, inq; eandem operam continuam ancillularum curam cogebat. Inter quæ clamidem Sacerdotalem ſubtilibus ſigillis excultam, prætioſæq; materiæ immenſa ac mirifici operis arte elaboratam Roſkildenſi ſacrario doni nomine largita eſt &c. Aſcribam propter uarietatem narrationum, uerba antiqui Scholiaſtæ, qui in hunc Autorem commentatus eſt. Laborauit, inquit, clariſsimus Rex Danorum ſola mulierum incontinentia. Nec tamen illi malo defuit ultio. Quia una ex Concubinis Thore, legitimam Giuthe ueneno extinxit. Quumq; Rex Suen, filium Thore, Magnum uocabulo, Romam tranſmitteret, infelix puer in uia defunctus eſt, &c.

*Diuerſæ narrationes de obitu Giuthæ.*

## CAPVT XVII.

### Suetia ob repulſum legitimum Epiſcopum varijs cladibus attrita, tandem ſub Rege Stenkillo Adaluardum reuocat, & cum gaudio excipit.

*INterea Sueones qui Epiſcopum ſuum repulerunt, diuina vltio ſequuta eſt. Et primo quidem filius Regis nomine Amund, à patre miſſus ad dilatandum Imperium, cum in patriam fœminarum perueniſſet, quas nos Amazones eſſe dicimus: veneno quod illic fontibus immiſcuerunt, tam ipſe, quàm exercitus eius perierunt.*

*Amazones.*

*Deinde cum alijs cladibus, tanta ſiccitas & frugum ſterilitas Sueones afflixit, vt miſsis ad Archiepiſcopum*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſcopum legatis, Epiſcopum ſuum repoſcerent, cum ſatiſfactione fidem gentis pollicentes. Gauiſus igitur Pontifex petenti gregi, Adaluardum dedit Paſtorem. Qui perueniens in Sueoniam, tanta omnium alacritate ſuſcipi meruit, vt gentem Virnilanorum integram Chriſto lucratus, etiam miracula virtutum, in populo feciſſe dicatur.

Adaluardus redit in Sueciam.

Eodem tempore mortuus eſt Rex Sueonum Emund, poſt quem leuatur in Regnum Steinkell, de quo ſupra diximus. Qui fidelis erat Domino Ieſu Chriſto, & de Religione eius teſtimonium perhibebant omnes fratres noſtri, qui eas partes adierant.

Emund Rex Sueciæ moritur.

Hæc de Sueonibus ſuo tempore geſta, Dominus Adalbertus Archiepiſcopus amplifico ſermone, vt ſolebat omnia, deſcribens, qua monitus eſt, vt Euangelizandi gratia pergere non tardaret, curauit annectere.

## CAPVT XVIII.

### Crudelitas & Impietas Haraldi Regis Noruagorum.

IN Noruegia quoq; res magnæ geſtæ ſunt illo tempore, quo Rex Haraldus crudelitate ſua omnes tyrannorum exceſſit furores. Multæ Eccleſiæ per illum vnum dirutæ, multi Chriſtiani per eum necati ſunt per ſupplicia. Erat autem vir potens & clarus victorijs, qui prius in Græcia

Haraldi Regis Noruagiæ crudelitas.

Haraldus uixit in Græcia & Scythia.

cia & in Scythiæ regionibus, multa contra Barbaros prælia confecit.

Poſtquam verò in Patriam venit, nunquam quietus fuit à bellis, fulmen Septentrionis, fatale malum omnibus Danorum Inſulis. Ille vir omnes Slauorum maritimas regiones deprædauit. Ille Orchades Inſulas ſuæ ditioni ſubiecit. Ille cruentum Imperium vſq; ad Iſland extendit. Itaq; multis imperans nationibus, propter Auaritiam & Crudelitatem ſuam, omnibus erat inuiſus. Seruiebat etiam maleficis artibus, non attendens miſer, quod Sanctiſſimus Germanus eius talia monſtra eradicauit à Regno, pro amplectenda norma Chriſtianitatis, certans vſq; ad ſanguinem. Cuius egregia merita teſtantur hæc miracula, quæ quotidiè fiunt ad ſepulchrum Regis in Ciuitate Throndemis.

Orchades adiectæ Imperio Noruagico.

Nidroſia ſeu Trondemis Metropolis Noruagiæ.

Copioſe deſcripta eſt huius Haraldi uita in Chronicis Noruagicis. Noruagi eum cognominarunt Haraldum Haardraade, his ipſis de cauſis à noſtro Autore iam commemoratis. Meminit eius etiam Saxo lib. 11. ſtatim in initio.

## CAPVT XIX.

Haraldus Rex Noruagiæ contemnit Archiepiſcopum Bremenſem.

Videbat hæc ille derelictus à DEO, nihilq; compunctus, oblationes quoq; ac Theſauros, qui ſumma fidelium deuotione collati ſunt ad tumulum fratris, ipſe Haraldus vnca

manu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*manu corradens militibus diſperſit. Pro quibus cauſsis Archiepiſcopus zelo DEI tactus, Legatos ſuos direxit ad eundem Regem, tyrannicas præſumptiones eius literis increpans, ſpecialitèr verò admonens de oblationibus, quas non liceret in vſum cedere laicorum, & de Epiſcopis ſuis, quos in Gallia vel in Anglia contra fas ordinari fecit, ſe contempto, per quem, auctoritate ſedis Apoſtolicæ, deberent iuſtè ordinari. Ad hæc mandata commotus ad iram Tyrannus, Legatos Pontificis ſpretos abire præcepit, clamitans ſe neſcire quis ſit Archiepiſcopus, aut potens in Noruegia, niſi ſolus Haraldus. Et alia plurima deinde fecit & dixit, quæ ſuperbiæ eius proximam intendebant ruinam. Nam & Papa Alexander confeſtim miſsis ad eundem Regem literis, præcipit vt tam ipſe quàm ſui Epiſcopi, vicario ſedis Apoſtolicæ, dignam exhiberent ſubiectionis reuerentiam.*

Contentio Archiepiſcopi cum Haraldo.

Haraldi contumacia in Archiepiſcopum.

Exemplum litterarum Pontificis Romani ad Regem Noruagiæ Haraldum, in Scholijs antiquis, extat huiuſmodi.

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Haraldo Regi Nordmannorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Quia adhuc rudes in fide exiſtitis, & in Eccleſiaſtica diſciplina quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius* Eccleſiæ *commiſſum eſt regimen, diuinis admonitionibus uos frequentius uiſitare.* Et *quia ob longarum difficultatem uiarum, per nos hoc agere minimè ualemus, ſciatis nos* Adalberto Archiepiſcopo Hamaburgenſi, Vicario *noſtro, hæc omnia firmiter commiſsiſſe.* Prædictus *itaq; uenerabilis* Archiepiſcopus, Legatus *noſter ſuis nobis conqueſtus eſt* Epiſtolis, *quod* Epiſcopi *noſtræ* Prouintiæ *aut non ſunt* con-

Alexander Papa dat litteras ad Haraldum Regem Noruagiæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

conſecrati aut data pecunia contra Romana Priuilegia, quæ ſuæ Eccleſiæ ſibiq; data ſunt, in Anglia uel in Gallia peßime ſunt ordinati. Vnde ex autoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, nos admonemus, ut ſicut Apoſtolicæ ſedi ſubiectionis reuerentiam debetis exhibere, ita uenerabili Archiepiſcopo Vicario noſtro, & uice noſtra fungenti, uos ueſtriq; Epiſcopi impendatis, &c.

## CAPVT XX.

### Archiepiſcopus mediante Imperatore, reconciliatur Suenoni Regi Daniæ.

*HIs apud Nordmanniam geſtis, magnopere ſtuduit Archiepiſcopus, vt Regi Danorum conciliaretur, quem prius offenſum habuit, in repudio Conſobrinæ. Sciuit enim*

Archiepiſcopus reconciliatur Regi Suenoni.

*ſi talem virum ad ſe colligeret, leuiorem ſibi ad cætera, quæ in animo geßit, introitum fore. Mox igitur mediante gratia largitatis, quam in omnes habuit, venit in Slaſuig, vbi facile notus & reconciliatus ſuperbo Regi, muneribus atq; conuiuijs certauit, Archiepiſcopalem potentiam Regalibus anteferre diuitijs. Deniq; ſicut*

Probè functus ſuo officio Archiepiſcopus.

*mos eſt inter Barbaros, ad confirmandum pactum fœderis, opulentum conuiuium habetur vicißim per octo dies. De multis rebus Eccleſiaſticis ibi diſponitur, de pace Chriſtianorum, de conuerſione Paganorum ibi conſulitur. Ita Pontifex cum gaudio domum reuerſus,*

Fœdus inter Imperatorem & Regem Daniæ.

*perſuaſit Cæſari, vt euocatus Rex Danorum in Saxoniam, vterq; alteri perpetuam iuraret amicitiam. Cuius fœderis beneficio, multum lucri ſuſcepit noſtra Eccleſia.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ſia. Et legatio borealium nationum, cooperante Suen Rege, proſperis ſemper aucta eſt incrementis.

Haraldus Rex ab illo die direxit Epiſcopos ſuos in Galliam, multos etiam venientes ab Anglia ſuſcepit. Quorum vnus fuit Aſgoth, quem redeuntem ab vrbe Apoſtolorum comprehendi iuſsit Archiepiſcopus, acceptoq́ fidelitatis Sacramento, dimiſit abire donatum.

Rex Noruagiæ acceſit Epiſcopos ex Gallia & Anglia.

Danicæ noſtræ Hiſtoriæ, meminerunt ita exaſperatum Regem Suenonem in Archiepiſcopum Hamburgenſem, quod maritimi periculi metu Pontificium tranſtulerit ad Bremenſes ab Hamburgenſibus. Sed Rex per Vilhelmum Epiſcopum Roſkildenſem placatus, & ad mentem meliorem reductus, Giutham quidem à ſe remouit, ſed imperioſam Archiepiſcopi habuit, dum uixit, exoſam Audaciam.

Tranſlationis Archiepiſcopatus Hamburgenſis cauſſa.

## CAPVT XXI.

### Commendatio Godeſchalci Ducis Slauiæ, cogentis Slauos vicinos ad fidem Chriſti.

TRans Albiam verò in Slauonia res noſtræ, adhuc magna gerebantur proſperitate, Godeſchalcus enim, de quo ſupra dictum eſt, vir prudentia & fortitudine prædicandus, accepta in vxorem filia Regis Danorum, Slauos ita perdomuit, vt eum quaſi Regem timerent, tributa offerentes, & pacem cum ſubiectione petentes. Qua temporis occaſione noſtra Hamburg pacem habuit, & Slauonia Sacerdotibus Eccleſijsq́ plena fuit.

Syritha filia Regis Daniæ Suenonis nuptui data Duci Slauiæ Godſcalco.

Gode-

Godeſcalcus Dux Slauiæ, ſtrenuus Religionis Chriſti propagator.

*Godeſchalcus igitur vir religioſus ac timens Deum, Archiepiſcopo etiam familiaris, Hamburg vt Matrem colebat, ad quam ſoluendorum cauſa votorum ſolitus erat frequentèr venire. In Slauonia vlteriori nemo vnquam ſurrexit potentior, & tam feruidus Chriſtianæ Religionis propagator. Etenim ſi vita ei longior concederetur, omnes Paganos ad Chriſtianitatem cogere diſpoſuit, cum fere tertiam partem conuerteret eorum, qui prius ſub Auo eius Miſtiuoi relapſi ſunt ad Paganitatem.*

## CAPVT XXII.

Slauia latè recipit fidem Chriſtianam. Ipſe Dux Godſchalcus interpres Concionatorum peregrè venientium, frequentes habet publicè ad Slauiæ populum Conciones.

Succeſſus uerbi Dei in Slauia.

*IGitur omnes populi Slauorum, qui ad Hamburgenſem reſpiciunt Diœceſim, ſub illo Principe Chriſtianam fidem coluerant deuotè, hoc eſt, Vaigri & Obotriti, vel Keregi & Polabingi. Item Linoges, Varnabi, Chizini & Circipani, vſq; ad Peanum fluuium, quem noſtræ Priuilegia Eccleſiæ vocant Penem. Prouinciæ iam plenæ erant Eccleſijs, Eccleſiæ autem Sacerdotibus: Sacerdotes verò liberè agebant in his, quæ ad DEVM pertinent. Quorum Mediaſtinus Princeps Gotheſcalcus*

dicitur

*dicitur tanto Religionis arſiſſe ſtudio, vt oblitus ordinis ſui, frequentèr in Eccleſia ſermonem exhortationis ad populum fecerit; ea quæ Myſticè ab Epiſcopis dicebantur vel Sacerdotibus, ipſe cupiens Slauonicis verbis reddere planiora.* Godeſcalcus concionatur ad populum.

*Infinitus erat numerus eorum, qui quotidiè conuertebantur, adeo vt pro Sacerdotibus in totas mitteretur Prouincias. Tunc enim per ſingulas vrbes Cœnobia fiebant ſanctorum virorum Canonicè viuentium, Item Monachorum atq; Sanctimonialium, ſicut teſtantur hi, qui in Lybichi, Aldinburg, Leontio, Raziſburg, & in alijs ciuitatibus, ſingulas viderunt. In Magnopoli verò, quæ eſt ciuitas Obotritorum, tres fuiſſe congregationes, Deo ſeruientium referuntur.* Eccleſiæ & Cœnobia paſsim in Slauonia erecta.

## CAPVT XXIII.

Archiepiſcopus cohortatur Regem Daniæ & Ducem Slauiæ, ad propagandum Religionem Chriſtianam.

*GRatulabatur Archiepiſcopus de nouella plantatione Eccleſiarum: miſitq; de ſuis Epiſcopis & Preſbyteris, viros ad Principem ſapientes, qui rudes in Chriſtianitate populos confortarent. Ordinauit autem in Aldinburg defuncto Abelino, Monachum Etzonem. Iohannem* Preſbyteri ordinati in Slauoniam.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Duo fratres Bohemi, Martyres in Slauia.*

Fama eſt eo tempore duos fratres à Bohemiæ ſaltibus in ciuitatem Rethre ueniſſe. Vbi dum uerbum Dei publicè annunciarent, concilio Paganorum, ſicut ipſi deſiderauerant diuerſis primo ſupplicijs examinati, ad ultimum pro Chriſto decollati ſunt. Quorum nomina hominibus incognita, ut ueraciter credimus, in cœlo ſcripta ſunt.

*Scotum inſtituit in Magnopolim. In Raziſburg eſſe diſpoſuit Ariſtonem quendam, ab Ieroſolymis venientem, & alios alibi. Præterea cum ipſe veniret in Hamburg, eundem Goteſcalchum Principem inuitauit, ad Colloquium, magnopere illum exhortans, vt incœptum pro Chriſto laborem conſtantèr in finem perducat, victoriam illi pollicens affuturam in omnibus. Poſtremo ſi quid patiatur aduerſitatis pro nomine Chriſti, beatum fore. Multa illi de conuerſione Paganorum, in cœlo repoſita præmia, multas coronas de ſingulorum ſalute venturas.*

*Adalbertus dehortatur Regem ab ijs uicijs, quibus ipſe fuit obnoxius.*

*Eiſdem verbis & ad idem ſtudium hortabatur Metropolitanus Regem Danorum, qui ad eum iuxta Egdorem fluuium conſiſtentem multotiens venit, omnia quæ de ſcripturis ab illo proferebantur ſubtilitèr, notans, retinenſq; memoritèr. Excepto quod de gula & mulieribus, quæ vitia naturalia ſunt illis gentibus, perſuaderi non potuit. Ad cætera omnia Pontifici Rex fuit obediens & morigerus.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXIIII.

Quatuor præcipui Vinulorum populi, Chizini; Circipani; Rheteri & Tholozantes. Circipani ſæpe triumpharunt de reliquis tribus, ſed tandem victi. Accerſitis enim Rege Daniæ & Duce Saxoniæ atq; Godſcalco, in auxilium, eorum ope reliqui victoriam de Circipanis reportarunt.

*PEr idem tempus in Slauonia res maximæ geſtæ ſunt, quæ poſteris ad gloriam DEI non ſunt reticendæ, quoniam Deus vltionem liberi egit, reddens retributionem ſuperbis. Igitur cum multi ſint Vinulorum populi, fortitudine celebres, ſoli quatuor ſunt, qui ab illis Vilzi, à nobis dicuntur Leuticij, inter quos de nobilitate potentiaq; contenditur. Hi ſunt ſcilicet Chizini & Circipani, qui habitant citra Penim fluuium: Tholoſantes & Retheri, quia vltra Penim degunt. Quumq; lis perueniret ad bellum, Tholoſantes & Retheri, quamuis auxilio Chizinos haberent, nihilominus victi ſunt à Circipanis. Iterum reſtauratum eſt prælium & contriti ſunt Retheri. Tentatum eſt tertio, & Circipani victores abierunt.*

Quatuor præcipui Vinulorum populi.
1 Circipani.
2 Chizini.
3 Tholozantes.
4 Rheteri.

*Tunc illi qui victi ſunt, Principem Godeſchalcum, Ducemq; Bernardum, & Regem Danorum, accitos in auxilium ſuper hoſtes duxerunt, ingentemq; trium*

Circipani victi à Regibus Daniæ & Slauiæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*trium Regum exercitum ſuis nutrierunt ſtipendijs, per VII Hebdomadas, Circipanis repugnantibus viriliter. Multa milia Paganorum hinc inde proſtrati ſunt: plures abducti in captiuitatem. Tandem Circipani XV talenta Regibus offerentes pacem adepti ſunt. Noſtri cum triumpho redierunt; de Chriſtianitate nullus ſermo: Victores tantum prædæ intenti. Hæc eſt virtus Circipanorum, qui pertinent ad Hamburgenſem Epiſcopum. Quidam nobilis homo de Nordalbingis, narrauit mihi hæc & alia, veracitèr ita geſta eſſe.*

Helmoldus diſſentit ab hoc noſtro Autore.

*Operæ precium eſt, hæc quæ hoc loco commemorata ſunt, conferre cum ijs quæ ſunt apud Helmoldum cap. 21. De hac eadem Tholenzorum pugna, ubi nonnihil eius narratio diſcrepat ab his quæ hoc loco recitata ſunt.*

## CAPUT XXV.

### Quærela Suenonis Regis Daniæ, de Saxonum Auaritia; cuius de cauſſa poſthabent propagationem Religionis Chriſtianæ.

Auaritia Saxonum.

Suenonis egregia Oratio.

*AUdiui etiam cum veraciſſimus Rex Danorum, ſermocinando eadem replicaret, populos Slauorum iam dudum procul dubio facile conuerti ad Chriſtianitatem, niſi obſtitiſſet Auaritia Saxonum: Quibus, inquit, mens pronior eſt ad penſiones vectigalium, quàm ad conuerſionem Gentilium. Nec attendunt miſeri, quàm magnum „ periculum ſuæ cupiditatis luant, qui Chriſtianitatem in*

Slauo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Slauonia primò per Auaritiam turbabant: Deinde per Crudelitatem ſubiectos ad rebellandum coëgerunt, & nunc ſalutem eorum, qui vellent credere, pecuniam ſolam exigendo, contemnunt. Ergo iuſto DEI iudicio videmus eos preualere ſuper nos, qui permiſſu Dei ad hoc indurati ſunt, vt per illos noſtra flagelletur iniquitas. Nam reuera ſicut peccantes ſuperari videmus ab hoſtibus: ita conuerſi victores hoſtium erimus, à quibus ſi tantùm fidem poſceremus, & illi iam ſalui eſſent, & nos certè eſſemus in pace.*

## CAPVT XXVI.

Bremæ nomen celebre redditur nomine Archiepiſcopi Adalberti.

*HÆc dum forinſecus in legatione Gentium, Eccleſiæ noſtræ miniſterio gererentur, Dominus Metropolitanus Adalbertus, adhuc bonis intentus ſtudijs vigilantèr & magnopere prouidit, ne ſua quapiam negligentia Paſtorale officium minus habere videretur, in ea ſcilicet, qua gloriatur Apoſtolus, ſolicitudine omnium Eccleſiarum. Itaq; domi, foriſq; clarus, talitèr ſe geſſit, vt par diuitum, maiorq; magnatum, nihilominus Pater Orphanorum, iudexq; viduarum eſſe certaret. Talem curam habens omnium, vt neceſſitatibus etiam inimicorum, ſolertiſſimus prouiſor adeſſet.* Adalberti diligentia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Cumq; terrenis grauatus negotijs, ad ſpiritualia mox langueſcere cogeretur, in ſola Gentium Legatione permanſit integer officij, & ſine quærela, qualem & tempora & mores hominum mallent habere. Ita affabilis, ita largus, ita hoſpitalis, ita cupidus diuinæ paritèr ac humanæ gloriæ, vt paruula Brema ex illius virtute, inſtar Romæ diuulgata, ab omnibus terrarum partibus deuotè peteretur, maximè ab Aquilonaribus populis. Inter quos extremi venerant Iſlani, Gronlani & Orchadum Legati, petentes vt illuc prædicatores dirigeret, quod & fecit.*

Brema fit celebris nomine Adalberti.

Iſlandi Gronlandi Orchades accipiunt ſuos Epiſcopos.

*In diebus illis Danorum Epiſcopus migrauit è ſæculo, cuius Diocœſim Rex Suen in quatuor Epiſcopatus diſtribuens, præſentante ſuam autoritatem Metropolitano, ſingulis ſuos intronizauit Epiſcopos. Tunc Pontifex in Suediam & Noruagiam & in Inſulas maris ad meſſem dominicam operarios miſit, de quorum ordinatione ſingulorū abundantius in fine dicetur.*

## CAPVT XXVII.

Archiepiſcopus munimentum in vicinia Hamburgæ, aduerſus incurſus Paganorum, erigit.

*TOtius itaq; Parochiæ ſuæ diligentiſsimam adhibens prouiſionem, Metropolim Hamburg in principio lætitiæ poſuit Archiepiſcopus, fœcundiſsimam matrem illam apellans, omniq; deuotionis officio venerandam. Proteſtatus*

eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

eſt ei tantò maiorem offerri debere conſolationem, quanto maiori plaga & propioribus inſidijs & diuturniori Paganorum infeſtatione cribraretur. Ergo accepta pace temporum, dum ſæpe meditatus eſt, Hamburgenſem munire, ſimulq; ornare Parochiam, quoddam vtile opus inchoauit, contra incurſus Barbaricos, in quo & populis & Eccleſiæ Nordalbingorũ perenne haberent præſidium. Itaq; cum Prouincia Sturmariorum, in qua Hamburg ſita eſt, tota in planiciem campi deſcendat, ex parte qua Slauos attingit, neq; mons neq; flumen eſt in medio, quod incolis munimentũ præſtet, abſq; ſyluis paſſim occurrentibus, quarum latebris protecti hoſtes, incertis aliquando excurſibus repentini ſuperueniunt, noſtroſq; ſecurius, & nil minus cogitantes vel perimunt, vel quod grauius eis eſt, captiuos abducunt. Solus mons in ea regione prominet, iuxta Albiam, longo in Occaſum dorſo protentus, quem incolæ Solonberg vocant. Eum Pontifex oportunum arbitrans, in quo firmaretur caſtellum, quod genti præſidio foret, ſtatim ſyluam, quæ montis verticem obtexit, excindi, mundariq; locum præcepit. Itaq; multis impenſis, multoq; ſudore hominum, voti compos effectus, montem aſperum, fecit habitabilem. Vbi Præpoſituram conſtituens, diſpoſuit congregationem facere DEO ſeruientium, quæ mox conuerſa eſt in turmam latronum. Ex illo enim caſtro noſtri quidam populares in circuitu, quos ad tuendum poſiti ſunt,

Hamburgenſis Parochia munita.

Hamburga ſita eſt in Prouincia Sturmariorum.

Solonberg mons prope Hamburgam.

Caſtrum latronum prope Hamburgam euerſum.

depræ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

deprædari & perſequi coeperunt. Ideoq; locus ille poſtea tumultu comprouincialium deſtructus eſt: populus verò Nordalbingorum excomunicatus. Compertum eſt nobis in gratiam Ducis hoc factum, qui more ſolito, felicibus Eccleſiæ actibus inuidebat.

## CAPVT XXVIII.

### Dux Saxoniæ, relicta Hamburga nouum extruit & inhabitat Caſtellum.

NAm & Dux eo tempore relicto veteri Caſtello Hamburg, nouum quoddam præſidium ſibi, ſuiſq; fundauit infra Albiam flumen, & riuum qui Alſtra vocatur. Ita nimirum cordibus vel manſionibus ad inuicem diuiſis, Dux nouum, Archiepiſcopus coluit vetus oppidum. Diligebat ſanè Pontifex eum locum ſicut prædeceſſores ſui, eò quod Metropolis ſedes fuerit omnium Septentrionalium nationum, & caput ſuæ Parochiæ. Ideoq; dum pax adhuc fuit trans Albiam, omnes ferè ſolennitates Paſchæ ac Pentecoſtes, itemq; Dei Matris, ibi celebrare voluit, collecto ex ſingulis congregationibus maximo Cleri numero, præcipue his, qui vocalitate ſua populos mulcere poterant.

*Alſtra fluuius prope Hamburgam.*

*Vetus & nouum oppidum Hamburgæ.*

Qua occaſione Dux Bernardus ædificarit in urbe Hamburgenſi, ſupra lib. 2. indicatum eſt. Nunc qua de cauſſa denuo Vrbe exceſſerit, refertur. Præbent uerò hæc admirandi occaſionem, quo pacto Hamburga, à tam paruis & difficilibus initijs educta, & quaſi difficulter eluctata, in

tantam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

tantam moderni ſæculi excreuerit potentiam pariter & populi frequen- Hambur-
tiam. Nam, ut recentia taceam, reperio eam ſpacio tantùm Annorum ga quoti-
quadringentorum, pluſquam decies flamma pariter & ferro à uicinis ens olim
grauiſſime afflictam. Statim enim Anno Domini 810., quum uix primùm deuaſtata.
excoli cæpta eſt, à Slauis penitus exciſa eſt. Poſt hanc cladem denuo re-
ſtaurata, & Eccleſia adaucta, iterum à Nordmannis uaſtata eſt. Hanc Lib. 1.
uaſtationem, tertium paullo poſt excepit excidium, quod Dani non Vrbi cap. 21.
tantum, ſed & uniuerſæ intulerunt Saxoniæ, cæſo Brunone, Duce eius Lib. 1.
primario. Nec diu poſt reſtauratam Vrbem, quieuere Dani, quin aſci- cap. 34.
tis Slauis, eam denuo atq; uniuerſam Holſatiam priſtino ſubdiderint iuri.
Reſpirauit poſtea aliquantiſper Hamburga, uſq; ad Annum Salutis 1000, Lib. 1.
quo grauiter Miſteuone Duce à Slauis attrita eſt. Illi demum poſt An- cap. 45.
nos ſexaginta ſex reuerſi, Bluſſone Duce, cladem Vrbis iterarunt. Quod Lib 2.
itidem æmulatus Rugianorum Princeps Crito, grauiſſima ſuſcepta in Chri- cap. 30.
ſtianos perſecutione, bis urbem depopulatus eſt. Henricus Leo ſimiliter, Lib. 4.
in abſentia, ut ferunt, Adolphi Comitis, eam diripuit & ui occupauit. cap. 13.
Dani quoq;, ueteris memores in eam iuris, Anno Domini 1200 tempori-
bus Canuti Regis, urbem pariter & uicinam Prouintiam Holſatiæ & Lib. 4.
Vagriæ ſibi ſubiecerunt. Et quum eodem ipſo Anno datam non ſerua- cap. 31.
ret fidem Adolphus, ea quoq; deficiens iterum ſubacta eſt à Duce Val-
demaro fratre Regis Canuti. Huic ſuccedens in Regno Valdemarus, Valdema-
denuo eam Ottoni Imperatori eripuit, & ſibi fecit ſubiugem. rus II.

Rex Da-
niæ.

Tantas atq; tot calamitates Hamburgam non ſuſtinere potuiſſe ſine peculiari numinis diuini auxilio, nemini dubium eſſe poterit, præſertim quum hoc ipſo Valdemari II. tempore, tam anguſtis extiterit circumſcripta limitibus, ut unica tantummodo contenta atq; comprehenſa fuerit Eccleſia D. Petri. Rex Valdemarus enim obſidens urbem, ei e regione ad Albim ualidum erexit propugnaculum, quod eo loco urbis iam amplificatæ collocatum (ſi Crantzio fides adhibenda) fuit, quem hodie in Parochia D. Nicolai indigetant, urbem ſeu arcem nouam, die Nienburg. &c.

Die Nien-
burg
Hambur-
gæ.

## CAPVT XXIX.

### Vana magnificentia Archiepiſcopi in miſſarum celebratione vſurpata.

Vanitas miſſarum ab Archiepiſcopo inducta.

ET tunc plenario gaudens ordine Miniſtrorum, omnia diuinæ ſeruitutis officia, cum magna iuſsit reuerentia compleri, & gloria etiam exteriori. Cui nimirum gloriæ tantùm ipſe indulſit; vt iam non latino more vellet Eccleſiaſtica obire myſteria, ſed neſcio qua Romanorum ſiue Græcorum, conſuetudine fultus, per tres miſſas, quibus aſtitit, vbicunq; eſſet, XII. modulari officia præcepit. Omnia magna quærens, omnia mirabilia, omnia glorioſa in diuinis & humanis, & propterea dicitur fumo delectatus aromatum, & fulguratione luminum, & tonitruis alteboantium vocum. Quæ omnia traxit à lectione veteris Teſtamenti, vbi maieſtas Domini apparuit in monte Sinai. Et alia multa facere ſolebat, rara modernis & ignorantibus ſcripturas: cum tamen ſine autoritate ſcripturarum ipſe nil fecerit. Iam tunc ſcilicet meditatus Eccleſiam ſuam diuitijs, & honore cæteris anteferre, Si Papam & Regem, ſuæ voluntati haberet morigeros. Eos igitur complacare ſibi properabat omnibus modis.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXX.

**Imperator Henricus Goſlariam iure municipali donat. Archiepiſcopus eius fauore, ad magna temerè aſpirat.**

*EA tempeſtate Cæſar Henricus ingentibus Regni diuitijs vtens, in Saxonia Goſlariam fundauit, quam de paruo, vt aiunt, molendino, vel tugurio formans venatorio, in tam magnam, ſicut nunc videri poteſt, Ciuitatem, bono auſpicio & celeritèr, perduxit. In qua etiam ſibi conſtruens palatium, duas omnipotenti DEO congregationes inſtituit; vnam ex illis noſtro donans regendam tenendamq; Pontifici, eò quod illi indiuiduus Comes vel cooperator in omnibus exiſteret.*

Goſlaria iure municipali donata.

Crantzius in ſua Metropoli hæc paullo aliter narrat, lib. 5. pag. 508.

*Tunc etiam ipſi data eſt ſpes acquirendi vel accipiendi Comitatus & Abbatias vel prædia, quæ magno deinceps Eccleſiæ periculo mercati ſumus, vt puta cœnobia Laureſſæ vel Corbeiæ; Comitatus autem Bernardi & Ekibrecti; Prædia verò Sincicum, pliſnam, Groninger, Dyſpargum & Liſmona, quibus iam ſpe poſſeſſis, arbitrabatur ſe Metropolitanus, ſicut dicitur de Xerxe, aut per mare ambulaturum, aut per terram nauigaturum, poſtremo, quæ in animo habuit, facilè omnia perfecturum.*

Superbia Adalberti.

Xerxis arrogantia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXXI.

### Synodus Moguntiæ habita, cui interfuerunt Pontifex & Imperator Romanus, Anno (vt ferunt) 1049.

Synodus Moguntina.

Sibico Epiſcopus Spirenſis purgat ſe crimine Adulterij.

Coniugia Sacerdotum damnata.

PRæſertim eo fultus adminiculo, quod potentiſsimus Papa Leo, pro corrigendis Eccleſiæ neceſsitatibus venit in Germaniam. Quem ſciret pro veteri ſibi amicitia nil abnegaturum, quod iuri cuipiam deberet præſtari. Tunc habita eſt Synodus generalis apud Maguntium, præſidente Domino Apoſtolico & Imperatore Henrico, cum Epiſcopis; Bardone Magontinenſi, Eberhardo Treuerenſi, Hermanno Colonienſi, Adalberto Hamburgenſi, Engilhardo Magdeburgenſi, cæteriſq; Prouinciarum Sacerdotibus. In eo Conſilio quidam Spirenſis Epiſcopus, Sibico, cui crimen adulterij intendebatur, examinatione ſacrificij purgatus eſt. Præterea multa ibidem ſancita ſunt, ad vtilitatem Eccleſiæ, præ quibus Simoniaca hæreſis & nefanda Sacerdotum coniugia, olographa Synodi manu, perpetuo damnata eſt. Quod veniens domum noſter Archiepiſcopus non tacuiſſe probatur. De mulieribus ſtatuit eandem ſententiam, quam deceſſor eius memorabilis Alebrandus, & antea Libentius inchoauerant, vt ſcilicet fierent extra Synagogam & Ciuitatem, ne maleſuada pellicum vicinia



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

cinia caſtos violaret obtutus. Hæc Synodus facta eſt Anno Domini MXLIX. Ipſe eſt Archiepiſcopi VII. Et tunc maius Altare tribunalis dedicatam eſt, in honore genetricis DEI.

## CAPVT XXXII.

Adalbertus in maxima gratia & exiſtimatione apud Pontificem & Imperatorem Romanum.

DE qua Synodo mentionem ideo fecerim, quod Dominus Adalbertus eo tempore, quo tam clari homines in Eccleſia fuerunt, ſapientiæ ac virtutum merito ferè omnes præcelluit. Tantus apud Papam, talis apud Cæſarem habebatur, vt de publicis rebus abſq; eius conſilio nil ageretur. Quapropter vbi vix locum habet clericus, nec in procinctu bellorum Imperator, illum virum deshabere noluit. Adalberti laus marte togaq; ſe præſtantem uirum ſtrenuum.

Cuius inexpugnabile conſilium ſæpe ad euincendos expertus eſt inimicos. Senſit hoc callidiſſimus Italorum Dux Bonifacius, item Gotafredus, Ottho, Balduinus, & cæteri qui Regnum tumultibus implentes, graui æmulatione Cæſarem laſſare videbantur, tandemq; humiliati, ſola ſe infractos Adalberti Prudentia gloriati ſunt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXXIII.

Gratulatur Imperator Orientis, Imperatori Henrico ſucceſſum proſperum in Imperio Occidentis.

QVid loquar de Barbaris Vngrorum, ſiue Danorum, item Slauorum, aut certè Nordmannorum gentibus, quas Imperator ſæpius conſilio domuerat, quàm bello, monitu & opera noſtri Pontificis, nobile diſcens exemplum, parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Monomachus Imp. Orientis ſcribit Imp. Henrico.

Ad hunc noſtræ fœlicitatis cumulum acceſſit hoc, quod fortiſſimus Imperator Græcorum Monomachus, & Henricus Francorum, tranſmiſſis ad noſtrum Cæſarem muneribus, congratulati ſunt Archiepiſcopo pro ſapientia & fide eius, rebusq; benè geſtis eius conſilio.

Tunc ille Conſtantinopolitano reſcribens, iactauit ſe inter alia deſcendere à Græcorum proſapia, Theophano & fortiſſimo Otthone ſui generis autoribus, ideoq; nec mirum eſſe, ſi Græcos diligeret, quos vellet etiam habitu & moribus imitari, quod & fecit. Similia Regi Franciæ mandauit & alijs.

## CAPVT XXXIIII.

Archiepiſcopus annititur Patriarchatum Hamburgæ conſtituere.

Metro-

Metropolitanus igitur his rerum ſucceſsibus eleuatus, & quod Papam vel Cæſarem ſuæ voluntai pronos videret, multo ſtudio laborauit in Hamburg, Patriarchatum conſtituere. Ad quam intentionem primo ductus eſt ea neceſſitate, qua Rex Danorum, Chriſtianitate iam in fines terræ dilatata, deſiderauit in Regno ſuo fieri Archiepiſcopatum. Quod tamen vt perficeretur, ex autoritate ſedis Apoſtolicæ, conuenientibus Canonum decretis, prope ſancitum eſſet, ſola expectabatur ſententia noſtri Pontificis. Quam rem ille, ſi Patriarchatus honor ſibi & Eccleſiæ ſuæ concederetur Romanis Priuilegijs, fore vt conſentiret, promiſit quamlibet inuitus.

Archiepiſcopatus in Dania conſtituendus.

Patriarchatus Hamburgæ conſtituendus.

Diſpoſuit verò Patriarchatui ſubijcere duodecim Epiſcopatus, quos ex ſua diuideret Parochia, præter eos ſuffraganeos, quos in Dania, cæteriſq; gentibus noſtra tenet Eccleſia, ita vt primus eſſet in Palmis. Secundus in Helinganſted. Tertius in Raziſburg. Quartus in Aldinburg. Quintus in Michliaburg. Sextus in Stade. Septimus in Liſmona. Octauus in Vildishuſim. Nonus in Bremis. Decimus in Verde. Vndecimus in Ramſola. Duodecimus in Freſia. Nam Verdenſem Epiſcopatum ſe facile poſſe adipiſci, non ſemel gloriatus eſt.

Duodecim Epiſcopatus ad Patriarchatum conſtituendum.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXXV.

**Henricus IIII patri in Imperio ſuccedit, qui cum puer eſſet, gubernationis potiſsimæ ſumma manſit penes matrem.**

Henricus III Imp. moritur Anno Domini 1057.

*INterea conditionibus vtrinq; protractis ſanctiſsimus Papa Leo migrauit. Eodemq; Anno fortiſsimus Imperator Henricus deceſsit. Quorum obitus contigit Anno Archiepiſcopi XII. Quorum morte non ſolum Eccleſia turbata eſt, verum etiam Reſpub. finem habere videbatur. Itaq; ex illo tempore, noſtram Eccleſiam omnes calamitates oppreſſerunt, noſtro Paſtore tantùm curiæ negotijs intento.*

Curioſitas.

*Ad gubernacula Regni mulier cum puero præfuit, magno Imperij detrimento. Indignantes enim Principes aut muliebri poteſtate conſtringi, aut infantili ditione Regi, primo quidem communitèr vindicarunt ſe in priſtinam libertatem, vt non ſeruirent; deinde contentionem mouerunt inter ſe, quis eorum videretur eſſe maior; poſtremo armis audactèr ſumtis, Dominum & Regem ſuum deponere moliti ſunt. Et hæc omnia potius oculis videri poſſunt, quam calamo ſcribi.*

Seditio in Imperio Romano.

Sigebertus Anno Domini 1062.

Horum meminit Sigebertus in hunc modum. Anno Epiſcopus Colonienſis concilio primorum Regni indignè ferentium, per Agnetem matrem Imperatoris Henrici, non uiriliter gubernari, puerum uiolenter & induſtrie captum ſub tutela ſua accepit, & Imperij regimen à matre eius amouit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

eius amouit, & de hac re coram cunctis ratione reddita, gratiam Domini ſui Imperatoris recepit, & per ipſum filium, ad gratiam matris eius redijt. At Imperatrix neceßitatem uertens in uoluntatem, ut obſtrueret os loquentium de ſe iniqua, non ſolum honore Regni, ſed etiam honore ſæculi reiecto, Romæ ad limina Apoſtolorum ſe contulit, ibiq; uſq; ad finem uitæ, omnibus bonis exemplo & miraculo fuit.

Agnes Imperatrix amouetur: Imperio.

## CAPVT XXXVI.

### Archiepiſcopi Hamburgenſis & Colonienſis, Conſules ordinarij, curiæ Imperialis deſignantur.

*Tandem ſeditionibus ad pacem inclinatis, Adalbertus & Anno Archiepiſcopi, Conſules declarati ſunt, & ex eorum conſilio deinceps ſumma rerum pendebat. Sed cum ambo eſſent viri prudentes, & ſtrenui in procuratione Reipub: tamen alter alterum felicitate aut induſtria ſua præcurriſſe videtur. Itaq; ficta ſodalitas Epiſcoporum, modico durauit tempore, & quamuis lingua vtriuſq; pacem ſonare videretur, cor tamen odio mortali pugnabat in inuicem.*

Anno Archiepiſcopus Colonienſis.

Archiepiſcopus Hamburgenſis cum Colonienſi adminiſtrant Imperium pro Henrico puero.

*Et Bremenſis quidem Præſul eò iuſtiorem indidit cauſſam, quoniam pronior fuit ad miſericordiam, Regiq; Domino ſuo fidem docuit ſeruandam eſſe vſq; ad mortem. At verò Colonienſis, vir atrocis ingenij, etiam violatæ fidei arguebatur in Regem. Præterea per omnes, quæ ſuo tempore factæ ſunt conſpirationes, ſemper erat medioximus.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Lambertus Schafnaburgenſis.

Diſcrepat ab Autore noſtro, Lambertus Schafnaburgenſis, qui longè alijs coloribus dipingit Adalbertum his uerbis. Educatio inquit Regis atq; ordinatio omnium rerum publicarũ penes Epiſcopos erat, eminebatq; inter eos Moguntini & Colonienſis Archiepiſcoporum autoritas. A quibus cum in partem conſilij Adalbertus Bremenſis Archiepiſcopus aſſumtus fuiſſet, tum propter claritatem generis, tum propter ætatis atq; Archiepiſcopatus prærogatiuam illi ſæpius colloquendo, obſequendo etiam atq; aſſentando, ita ſibi Regem breui deuinxerat, ut cœteris Epiſcopis poſthabitis, totus in eum inclinaretur, & ipſe in Regno communi, penè Monarchiam uſurpare uideretur.

Vernerus Comes.

Secundas poſt eum partes agebat Verenher Comes, iuuenis tam ingenio quàm ætate ferox. Hi duo pro Rege imperitabant. Ab his Epiſcopatus & Abbatiæ, ab his quicquid Eccleſiaſticarum, quicquid ſecularium dignitatum eſt emebatur, nec alia cuiquàm, licet induſtrio atq; egregio uiro, ſpes adipiſcendi honoris ullius erat, quam ut hoc prius ingenti profuſione pecuniarum ſuarum redemiſſet. Et ab Epiſcopis quidem & Ducibus metu magis quàm Religione temperabant. In Abbates uerò, quod hi iniuriæ obuiam ire non poterant, tota libertate graſſabantur, illud præ ſe ferentes, nihil minus Regem in hos iuris habere, quàm in uillicos ſuos uel in alios quoſlibet regalis fiſci diſpenſatores.

Lupus Lupum deuorat.

Et primo quidem prædia Monaſteriorum fautoribus ſuis prout libitum erat diſtribuebant, & quod reliquum erat crebra regalium ſeruitiorum exactione, uſq; ad feces ultimas exhauriebant. Deinde conualeſcentes audacia in ipſa Monaſteria impetum faciebant, atq; ea inter ſe tanquam Prouincias partiebantur, Rege ad omnia quæ iuſſus fuiſſet puerili facilitate annuente, &c.

## CAPVT XXXVII.

Anno Archiepiſcopus Colonienſis potentia ſua vtitur ad ſubleuandos & extollendos ſibi ſanguine deuinctos.

Archiepiſcopi Colonienſis Auaritia.

*Colonienſis enim, quem Auaritiæ notabant, omnia quæ vel domi vel in curia potuit corradere, in ornamento ſuæ poſuit Eccleſiæ.*

Quam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Quam, cum prius magna eſſet, ita maximam fecit, vt iam comparationem euaſerit, omnium quæ in Regno ſunt Eccleſiarũ. Exaltauit etiam parentes ſuos & amicos, & Capellanos, primis honorum dignitatibus omnes cumulans, vt illi alteris ſuccurrerent infirmioribus. Quorum primores erant, germanus Archiepiſcopi, Vezilo Magdeburgenſis, eorum nepos Burchardus Halverſtadenſis Epiſcopus. Similiter Cono Treueris electus, ſed inuidia cleri martyrio coronatus, antequam intronizatus. Item Mindenſis Eylbertus & Traiectenſis Vilhelmus. Præterea in Italia, Aquilegienſis atq; Parmenſis; & alij quos enumerare longum eſt, ſtudio & fauore Annonis eleuati ſunt, qui & fautori ſuo in tentationibus auxilio decoriq; fuiſſe certarunt. Multa igitur ab illo viro in diuinis & humanis egregiè facta comperimus.*

Conſanguinitatis ratio, habita in diſpenſatis Eccleſiæ muneribus.

## CAPVT XXXVIII.

Adalbertus Hiſtriones & Gnathones magnifacit, & muneribus cumulat; captans ea ratione fauorem popularem, nullo tamen fructu.

*NOſter verò Metropolitanus tantùm pro nobilitate certans & gloria terrena, indignum habuit aliquem ſuorum exaltare, licet multos in obſequio traxiſſet egentes, arbi-*

Hiſtriones & Gnathones familiares Archiepiſcopi.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*trans ſibi hoc eſſe quaſi dedecus, ſi aut Rex aut quiſpiam magnatum, ſuis benefaceret, quos ipſe, inquit, tam bene aut melius poſſum remunerare. Ergo admodum pauci ſuorum, illo annuente, peruenerunt ad apicem Epiſcopalem: multi verò, ſi tantum apti ad verbum, ſeu callidi eſſent ad ſeruitium, ingentibus cumulati ſunt diuitijs. Vnde factum eſt vt pro gloria mundi captanda, homines diuerſi generis, & multarum artium, præcipue verò Adulatores ad ſuam adſciſceret familiaritatem. Quorum oneroſam multitudinem traxit ſecum in Curiam, & per Epiſcopium, ſiue quacunque iter eſſet; affirmans ſe frequenti comeantium multitudine, non modo non grauari, verumetiam opiparè delectari. Pecuniam autem quam recepit à ſuis, ſiue amicis, ſeu ab his qui frequentabant palatium, vel qui Regiæ maieſtati fuerunt obnoxij, illam, inquam, pecuniam, licet maxima eſſet, ſine mora diſperſit infamibus perſonis & hypocritis, medicis & hiſtrionibus, & id genus alijs. Scilicet non ſapientèr æſtimans talium perſonarum fauoribus ſe effectu-*

Paulus quidam Iudæus & impoſtor.

Inter quos aduena Paulus, ex Iudaiſmo conuerſus ad Chriſtianam fidem, quiq; neſcio pro Auaritia uel pro Sapientia exulatus in Græciam, quum inde remearet, noſtro adhæſit Pontifici, glorians ſe multas artes callere ingenio; adeo ut ex inſcijs litterarum Philoſophos redderet per triennium, & ex cupro formaret aurum obrizum. Adijciens hoc omnibus mendacijs ſuis, quod cito faceret apud Hamburg monetã publicam ex auro fieri, & pro Denarijs Bizancios dari.

Amentia Archiepiſcopi.

effecturum, vt vel ſolus placeret in Curia, vel maior Dominus fieret præ omnibus, & eo modo perfici poſſe, quod in animo habuit, de profectu Eccleſiæ ſuæ.

Præterea cum omnes, qui erant in Saxonia, ſiue in alijs Regionibus, clari & magnifici viri, adoptaret in milites, multis dando quod habuit, cœteris pollicendo quod non habuit, inutile nomen vanæ gloriæ, magno corporis & animæ damno, mercatus eſt. Et corrupti quidem mores Archiepiſcopi ab initio tales, proceſſu temporis & circa finem ſemper fuerunt deteriores. Archiepiſcopi mores redduntur indies deteriores.

## CAPVT XXXIX.

Adalbertus ad ſæculi ſtudia ſe conuertens, ſumtibus & oneribus res tentando nouas, populo fit grauis & odioſus.

TVnc igitur, magnis curiæ inflatus honoribus, vixq; iam tolerandus inopi Parochiæ, venit Bremam cum ingenti, vt ſolebat, multitudine armatorum, nouis populum & Regionem exactionibus aggrauans. Adalbertus ſe ad ſæculi conuertit ſtudia. Et tunc leuata ſunt illa Caſtella, quæ maximè noſtros ad iram Ducis incenderunt, deficiente illo ſtudio, quod prius habuit in ædificatione ſanctarum congregationum. Miranda nimirum voluntas hominis, impatiens ocij, quæ domi foriſq; tantis occupata laboribus, nunquam poſſet fatigari. Nam cum ſæpe antea miſer Epiſcopatus eius, tan-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*tis expeditionum ſumptibus, tantiſq; voracis curiæ ſtudijs laboraſſet, nunc verò in ædificatione Præpoſiturarũ & Caſtellorum, ſine Miſericordia profligatus eſt. Nam & hortos & vineas, in terra plantans arida, licet ſtudio inefficaci, multa tentaſſet, nihilominus tamen his, qui morem gererent ſuæ voluntati, magnificè voluit omnibus compenſari laborem. Ita mens alta viri pugnans contra naturam patriæ, quicquid vſquam magnificum didicit, hoc nunc habere & ipſe voluit. Cuius morbi cauſſas cum diligentèr & diu perſcrutarer, inueni ſapientem virum, ex illa, quam nimirum dilexit, mundi gloria, perductum ad hanc molitiem animi, vt in proſperitate rerum temporalium eleuatus ſuperbia, ad laudem comparandam ignoraret modum; in aduerſitate autem plus iuſto contriſtatus, Iracundiæ aut mœrori frena laxarat. Itaq; tam in bono, ſi miſertus eſt: quàm in malo, ſi iratus eſt, in vtroq; menſuram exceſſit.*

Vineæ frustrà plantatæ cis Hamburgam.

Sæculi gloria.

Animus immoderatus.

## CAPVT XL.

Immoderatio Adalberti; Animo, in aduerſis nimis abiecto, in proſperis nimis elato: in Ira plus iuſto efferueſcente, in Liberalitate iniquè prodigo.

*Eius rei documentum hoc habeo, quod in Ira furoris ſui, aliquos manu percuſſit vſq; ad effuſionem ſanguinis, ſicut fecit præpoſito*

Intemperantia Animi.

ſuo alijſq;. In miſericordia verò (quæ in hac parte melius dicitur largitas) erat ita profuſus, vt libram argenti computans, aliquando mediocribus perſonis effundi centum libras edixerit, amplius autem maioribus. Qua de re accidit, vt quotieſcunq; iratus eſſet, tanquam Leo fugeretur ab omnibus: Cum verò placatus eſſet, palpari poſſet vt agnus. Citiſsimè autem ad hilaritatem ab Ira, laudibus mulceri potuit, vel ſuis, vel alienis. Et tunc quaſi alteratus ab illo, qui fuit, arridere cœpit laudatori.

Prodigalitas.

Hunc locum ſæpe vidimus captari ab Adulatoribus, qui ex diuerſis terrarum partibus, in Cameram eius, velut in Sentinam fluxerunt, quos & ipſe ad nanciſcendum honorem mundi, neceſſarios eſſe Principibus iudicauit. Si qui tamen Palatio & Regi notiores erant, eos in ſuam dignatus eſt familiaritatem, reliquos permiſit abire donatos. Ita verò & honeſtas perſonas, & in ordine Sacerdotali fulgentes, ad hoc turpiſsimum Adulationis officium, ambitio ſuæ familiaritatis illexit. Poſtremo qui adulari neſciret, aut fortaſſe nollet, eum ſicut amentem & ſtolidum vidimus à ianuis excluſum, ac ſi diceretur; Exeat aulam, qui vult eſſe pius. Accuſator erit qui verum dixerit. Porrò ita præualuerunt apud nos mendaces, vt vera dicentibus non crederetur, etiamſi iurarent. Talibus igitur perſonis plena fuit domus Epiſcopi.

Adulatores primo loco habiti.

Mendacibus uera dicētibus, nulla adhibetur fides.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XLI.

**Adalbertus paraſitis, præſtigiatoribus, Ariolis & Diuinatoribus ſe totum tradit. Somno ac Somnijs delectatus, ab Aris ad Aleas tranſit.**

Arioli.

*QVibus acceſſerunt quotidie alij Gnathones, paraſiti, Somniatores & Rumigeruli. Qui ea quæ ipſi confinxerunt nobiſq; placitura rebantur, iactabant ſibi per Anglos reuelata; iam publicè diuinantes Hamburgenſem Parochiam (ſic enim voluit vocari) citò Papam futurum. Æmulos ſuos à Curia depellendos, ipſum verò ſolum diuq; Rempublicam gubernaturum, atq; ita fieri longæuum, vt L. Annos excederet in Epiſcopatu. Poſtremò per illum virum quædam aurea ſæcula orbi ventura.*

Adulatorum peſtis.

*Et hæc quidam, licet fictè ab adulatoribus & pro quæſtu promitterentur: Epiſcopus tamen quaſi de cœlo ſonuiſſent, vera omnia putabat, tractans ex ſcripturis quædam præſagia rerum, quæ fieri debeant hominibus, data vel in Somnijs, vel in Augurijs, vel in communibus ſermonum loquelis, vel in non ſolitis elementorum figuris. Quare dicitur eum morem inſueuiſſe, vt dum cubitum iret fabulis delectaretur: cum expergiſceretur, ſomnijs: quoties verò iter incœpit, auſpicijs. Aliquando etiam diem totum ſomno indulgens,*

Præſagia.

Somnia.

Auſpicia.

noctu

noctu peruigilanter luſit ad aleas, aut ante menſam aſſedit. Cumq́ recumberet ad menſam hilariter abundanterq́ omnia præcepit exhiberi conuiuis, ipſe à conuiuis interdū ſurgens; ſemper autē ex officio paratos habere qui aduenientes reciperent hoſpites magnopere curauit.

## CAPVT XLII.

Adalbertus poſtremis temporibus difficile admittit quemquam, præter Adulatorum turbam, ad ſuum Colloquium. Laborat Ambitione, Calumniandi ſtudio & Socordia.

Hoſpitalitas.

ADglorians Hoſpitalitatem porrò magnam eſſe virtutem, quæ cum non careat diuina mercede, ſæpe etiam inter homines habeat permaximam laudem. Recumbens autem non tam cibis aut poculis quàm facetis oblectabatur; aut Regum hiſtorijs, aut raris Philoſophorum ſententijs. Si verò erat priuatus, quod rarò accidit, vt ſolus & abſq́ hoſpitibus maneret vel Regijs Legatis; tum fabulis, & ſomnijs, ſemper autem ſobrijs otium impendebat loquelis. Rarò fidicines admittebat, quos tamen propter alleuiandas anxietatum curas, aliquando cenſuit eſſe neceſſarios. Cæterum Pantamimos, qui obſcœnis corporum motibus oblectare vulgus ſolent, à ſuo conſpectu prorſus eiecit. Soli Medici cum illo regnabant, difficilis aditus fuit cæteris, niſi cauſa grauior

Pantamimi.

poſceret aliquos intromitti. Vnde etiam accidit vt videremus oſtium thalami eius, quod primò omnibus patuit ignotis & peregrinis, tali poſtmodum cuſtodia vallatum eſſe, vt magnis de rebus legati potenteſq; ſæculi perſonæ, aliquando pro foribus inuiti expectarent per hebdomadam.

Calumniandi ſtudium.

Præterea inter epulandum familiare habuit magnates viros carpere, notans in alijs Stultitiam, in quibuſdam Auaritiam, multis autem obijciens ignobilitatem, omnibus autem improperauit infidelitatem, eò quod ingrati eſſent, qui eos de ſtercore ſuſcitarat Regi, quem ſolum ipſe diligens, Imperium pro iure, non pro ſuo commodo tueri videretur. Argumentum eſſe, quod illi ſicut ignobiles raperent aliena, ipſe verò ſicut nobilis effunderet ſua. Hoc eſſe apertiſſimum nobilitatis indicium. Hac inuectione peſtifera vtebatur in ſingulos nulliq; demũ pepercit, dummodo ſe omnibus anteferret.

Nobilitas uera in quibus conſiſtat.

## CAPVT XLIII.

Archiepiſcopus ita premitur odio vulgi & Ducũ vt præ mentis inopia, quo ſe vertat non habeat.

ITaq; hoc breuiter dicendum eſt, pro ſola quam dilexit mundi gloria, peioratum eſſe illum virum, de omnibus quas ab initio habuit virtutibus. Nempe talia & eiuſmodi plurima circa ipſum facta ſunt illo tempore, quæ ſuperſtitioni vel iactantiæ ſeu potius negligentiæ eius Infa-

Infamia Adalberti Archiepiſcopi.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

miam magnam pepererunt, odiumq́; omnium mortalium, præcipuè verò Magnatum.

Ex quibus infeſtiſsimi erant tam illi quàm Eccleſiæ noſtræ Dux Bernardus & Filij eius. Quorum inuidia, ſimultates & odia, itemq́; inſidiæ, opprobria & Calumniæ traxerunt Archiepiſcopum, ad hæc omnia, quæ ſuprà diximus offendicula præcipitem; & quaſi vecordem reddiderunt, dum minor ipſis & cedere videbatur. Ceſsit tamen aliquando ſponte pro officio Sacerdotij, cupiens inuidiam ſuperare beneficijs & bona reddere pro malis. Sed cũ fruſtrà laboraſſet omnibus modis, vt male
nexam cum Ducibus reſarciret Amicitiam, victus tan- Animus exacerbatus.
dem à tribulatione perſequentium & dolore malorum
exulceratus, non ſemel exclamauit cum Helia, Domine
Deus altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occide-
runt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt me interfi- 3. Reg.19.
cere. Cœterum quàm iniuſtè paſſus ſit talia noſter Ar- Amicitia inter æmulos nulla.
chiepiſcopus, vnum ſatis eſt hic exemplum ponere: quo
poteſt videri amicitiam, cum inuidis nil valuiſſe conſeruatam.

## CAPVT XLIIII.

Archiepiſcopus cum Duce à Freſonibus repulſus eſt cum Ignominia. Somnium Ducis mirabile de filijs.

DVx auaritiæ ſtimulo motus in Friſones, quod debitum non inferrent tributum, venit in Freſiam, comitem habens Archiepiſcopum,

ſcopum, qui ea tantùm gratia profectus eſt, vt diſcordantem populum Duci reconciliaret. Cumq; Dux mammonæ cupidus, totam pro cenſu rationem poneret, nec cum DCC. argenti marcis poſſet vllo modo placari; Mox barbara gens nimio furore ſuccenſa, in ferrum pro libertate ruebat. Multi noſtrum ibi perfoſsi cœteris fuga defenſis. Caſtra Ducis & Archiepiſcopi direpta, magnus ibi Eccleſiæ Theſaurus dilapſus eſt.

Friſones pugnant pro libertate.

Libertas.

Nil tamen profuit nobis apud Ducem & ſuos amicitiæ fides, vel periculo experta, quo minus perſequi vellent Eccleſiam. Aiunt ergò Ducem futuri præſcium ſæpè cum gemitu narraſſe, filios ſuos ad excidium Bremenſis Eccleſiæ fataliter deſtinatos. Vidit enim per Somnium ex penetralibus ſuis egreſſos in Eccleſias Vrſos aproſq;, deinde Ceruos, ad vltimum Lepores. Vrſi, inquit & apri erant parentes noſtri fortitudine ſicut dentibus armati: Cerui ſumus ego & frater ſolis decori cornibus: Lepores autem ſunt filij noſtri, modicæ virtutis & timidi: de quibus metuo ne impugnantes Eccleſiam, diuinam incurrant vltionem. Quapropter ſub obteſtatione diuini timoris præmonuit eos, ne quid impium cogitarent aduerſus Eccleſiam, & Paſtorem ſuum, aut hunc aut illum, quod iniuria eorum redundaret in Chriſtum. Hæc ille Surdis præcepta reliquit. Nunc de vindicta ſtatim ſequente peccatores videamus.

Somnium mirabile.

Comparatio uenuſta.

LIBER

# LIBER QVARTVS.

## ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

DIctum fuit libro proximo, de mirabili morum mutatione Adalberti Archiepiſcopi, ad quam, quid eum impulerit, tunc quoq; ſignificatum fuit, & hoc etiam libro vberius exponetur.

Cauſæ mutationis morum in Adalberto.

Et certè ſi diſperſa ſingula, in vnum congeramus locum, plures ac diuerſimodas huiuſce mutationis reperiemus cauſas. Quarum primam quidem in ipſo Archiepiſcopi animo reſediſſe comperimus, immoderatum videlicet ſtudium nominis & famæ, quo impulſus, quum de proſapia eſſet Ducum Bauariæ, Ducibus & Principibus nulla in re minor aut inferior haberi voluit.

1 Ambitio.

Augebat ſeu potius inflammabat initiò hos ambitioſi animi ignes, contagio vitæ aulicæ, quæ vt flamma in fomite aut pice, ingenium intemperans, ad ſæculi ſtudia incendebat.

2 Aula.

Poſtea verò vana ſpe elatum, præcipites è curia Imperato-

3 Præcipites Aulæ iniuriæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ris deturbarunt iniuriæ. Quum enim ille non tantùm Patriarchatus dignitatem, ſed aureos ſibi planè polliceretur montes; verſa ſubitò Fortuna, à ſummo honorum gradu & eminentia deiectus, Curia etiam in vniuerſum cum infamiæ nota remotus eſt. Vſq; adeò verè à Seneca dictum eſt: Nunquam talis ex Aula redeo, qualis eò venio, quia aut triſtior, aut deterior indè recedo.

Seneca.

4 Aemulatio & Simultas Ducum Saxoniæ.

Deturbato in hunc modum repentè Archiepiſcopo, eueſtigio hanc ſe vlciſcendi occaſionem arripuerunt eius æmuli, Ducis præſertim filii, qui eò, iam ſponte quaſi ruentem, redegerunt, vt emta ſæpius pace, ſecuritate tamen frueretur nunquam. Et quoniam ipſius manus, quum rerum teneret habenas, fuerat contra omnes, iam viciſsim omnium manus contra ſe expertus eſt; tantum aberat vt ſubſidii aliquid, à quoquam ſibi promittere aut expectare auderet.

5 Inimicorum multitudo.

6 Vindicta nominis.

Opibus itaq; & redditibus propriis hac ratione denudatus, quum mediocri contentus eſſe

non

non aſſueuiſſet, bona priuatorum inuaſit, ita
vt ne à pauperum quidem Eleemoſynis abſti-
nuerit, quin eas, in priuatos conuertens ſump-
tus & vſus, effecerit vt tempore obortæ famis,
plurimi mortalium Bremæ inedia abſumti, in
plateis publicis mortui reperti ſint. Quo facto
non dubium eſt, quin Numinis cœleſtis iram
& vindictam in ſe concitarit & accerſiuerit.
In hæc & conſimilia enormia flagitia cæco im-
petu ruentem, impulit Gnathonum turba do- 7
*Adulatorum & Gnathonum turba domeſtica.*
meſtica, quam ex varia Ariolorum, Medica-
ſtrorum & Sycophantarum colluuie ac fece
collectam, ita aluit copioſam, atq; habuit fa-
miliarem, vt eò tandem deuentum ſit, ne vlli
viro bono ad ipſum patuerit introitus. Fruſtra
a fratre Frederico Duce Bauariæ admonitus:
fruſtrà diſciplinã & longanimitatem Domini
expertus: extremum etiam terribilia & inuſi- 8
*Licentia morum Cleri, in quem durius animaduertere coactus eſt.*
tata portenta, mortem præcurrentia contem-
nens, morti tamen cedere coactus eſt. Talib. de
cauſſis, quum & mores et animum mutaſſet
Archiepiſcopus, malè audiit, non apud vulgus
tantum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

tantùm, ſed maximè apud ſuos quoq; Clericos, qui eum plus iuſto aſperiorem clamitabant, & publicis quærelis defamabant, idq́; magna ex parte immeritò. Nam ad vulgus quod attinet, non eſt ſine culpa Archiepiſcopus ſed ſi vitam et mores Clericorum introſpiciamus, næ illi ipſi accuſandi ſunt, vtpote, qui multis & intolerabilibus criminibus et delictis offenſum ad iracundiam prouocarunt Archiepiſcopum, iam alioquin ſibi ipſi præ ægritudine animi non conſtantem. Atq; ita triginta fermè continuis Annis variè iactatus Adalbertus, exitum habuit, vt quidam autumant, miſerabilem. Nam inter metum & ſpem vitæ verſantem, dum in triuio, quod aiunt, hæreret, ſubitò nullo fratrum præſente, expiraſſe ferunt. Alii pœnitentiæ ipſius ſigna ſalutaria commemorantes, conuerſum & ſalutem conſecutum aſſerunt. Sed veritatem proferat dies reuelationis iuſti iudicii eius, qui eſt futurus Iudex mortuorum & viuentium.

Miſerabilis exitus Adalberti.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# CAPVT PRIMVM.

## Filij Bernardi Ducis Saxoniæ ſtatim ab obitu Patris Epiſcopatum Bremenſem depopulantur.

*ANno Pontificis noſtri XVII. Bernardus Saxonum Dux obijt, qui à tempore ſenioris Libentij, iam per XL. Annos, Slauorum res atq; Nordalbingorum ac noſtras ſtrenuè adminiſtrauit. Poſt cuius obitum filij eius Ordolph & Hermannus hæreditatem Patris acceperunt, malo omine Bremenſis Eccleſiæ. Illi enim antiqui memores odij, quod patres eorum contra eandem, licet occulte, exercuerunt Eccleſiam, ſtatuerunt apertè iam vltionem repetendam eſſe in Epiſcopum totamq; familiam Eccleſiæ.*

Ordolphus & Hermannus Duces Saxoniæ infenſi Eccleſiæ Bremenſi.

*Primo quidem Dux Ordulfus viuo adhuc patre, hoſtili multitudine ſtipatus, Bremenſem Epiſcopatum deuaſtauit in Freſia, ac cæcauit homines Eccleſiæ. Alios etiam Legatos ad ſe pro pace directos, publicè verberari iuſsit & decaluari. Poſtremò omnibus modis Eccleſiam & ſuos impugnare, ſpoliare, cædere ac pro nihilo habere cœpit. Ad ea tametſi Pontifex, vt debuit, Eccleſiaſtico zelo exardeſcens, contemtores anathematis gladio percuſsit, quærelam tamen ad Curiam deferens nil aliud meruit quàm derideri. Nam & Rex puer à noſtris Comitibus primo, vt aiunt, deriſioni habitus eſt.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT II.

**Archiepiſcopus fratrum animos à ſe inuicem alienat, & Hermannum ſecum deducit in expeditionem Vngaricam.**

Stratagema.

*QVapropter Archipræſul tempori ſeruiens, vt coniuratos tantùm fratres ab inuicem diuelleret, dicitur Hermannum Comitem adoptaſſe in militem. Cuius ſatellitio functus, in Vngaricam tunc expeditionem, quaſi Magiſter Regis & Princeps conſiliorum profectus eſt, relicto ſuper negotia Regni, Colonienſi Archiepiſcopo.*

Salomon Rex Vngariæ.

*Reſtituto autem Salomone in Regnum, quem bello expulerant, Pontifex noſter cum Rege puero, victor ab Vngaria regreſſus eſt.*

Genealogia Ducum Saxoniæ.

Quoniam frequens facta eſt Ducum Saxoniæ mentio in his libris commodum uiſumfuit, hic ſubijcere typum Genealogiæ, tam eorum qui initio uniuerſam saxoniam, quàm eorum qui poſtea inferiorem tantũ tenuerunt.

Duces Saxoniæ.

- Vniuerſæ, à temporibus Videkindi, primi in hac gente Principis chriſtiani
  - Vitekindus
    - F — Vigbertus
      - Valbertus & Bruno
      - F — Ludolphus
        - Otto
          - F — Henricus Auceps.
            - F — Otto Imp.
        - Bruno
- Inferioris, qui cæperunt ab Hermanno Biling, autore Ottone Imp. ut ſupra lib. 2. cap. 4. oſtenſum eſt.
  - Hermannus Biling.
    - Benno
      - Bruno.
      - Bernardus cuius tam crebrò hactenus meminit Dietmarus.
        - Hermannus, cuius hoc cap. fit mentio.
        - Ordolphus ex ſorore Regis Daniæ.
          - Otto
          - Magnus. Hoc ſine hæredibus mortuo, Comitatus Holſatiæ deuolutus eſt ad Comites Schouenburgenſes.
    - Luderus abſq; hæredibus diſceſſit.

## CAPVT III.

**Hermannus reuerſus ex militia Vngarica, Bremam iratus diripit. Qua de cauſa exilij damnatus, quinquaginta manſis mulctatus, poſtliminio reſtituitur.**

*TVnc Comes Hermannus aliquod magnum ſperans & ambiens beneficium, cum id dare nollet Archiepiſcopus, ſtatim verſus in furorem, cum exercitu copioſo venit contra Bremam. Ibiq; diripiens omnia, quæ ad manum venerant, ſoli Eccleſiæ parcit, armenta Boum & caballorum omnia in predam ceſſerunt. Similitèr per totum faciens Epiſcopatum, homines Eccleſiæ, nudosinopesq́; dimiſit. Tunc etiam Caſtella omnia, quæ Pontifex præſcius futurorum, diuerſa conſtruxit Regione, vſq ad ſolum diruta ſunt.* Hermannus Dux Saxoniæ Bremam diripit.

*Archiepiſcopus eo tempore primatum Curiæ tenebat. Cuius audita querela, Comes ſecundum iudicium palatij relegatus in exilium, poſt Annum, Clementia Regis abſolutus eſt. Deinde vero idem Comes Hermannus & frater eius Dux Ordulfus ad ſatisfactionem Eccleſiæ venientes, pro delicto ſuo L. manſos obtulerunt & quieuit terra paucos dies.*

## CAPVT IIII.

Imperator condolens vaſtationi Eccleſiæ Bremenſis; ingentibus cum denuo ditat muneribus.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Henricus IIII. ditat Eccleſiam Hamburgenſem.

TVnc etiam Rex vaſtationi condolens Eccleſiæ Bremenſis, tranſmiſit ei ad ſolatium ferè C pallia, cum alijs vaſis argenteis, itemq́ libris, candelabris & thuribulis auro paratis. Hæc ſunt munera quæ rex miſit ad reædificationem Hamburg. Tres calices aureos, in quibus erant libræ auri X, vnum vas Chriſmale argenteum, Scutum argenteum deauratum, Pſalterium aureis ſcriptum literis, Thuribula & Candelabra argentea, Dorſalia IX regalia, Caſulas XXXV, Cappas XXX, Dalmaticas & ſubtiles XIIII & alia multa, & vnum plenarium, cuius tabula videbatur IX. libras auri habere.

Corbeia Laureſſa.

Ferunt & Corbeiam atq́ Laureſſam Cœnobia, pro quibus diu multumq́ laborauit Archiepiſcopus, eo tempore Hamburgenſi Eccleſiæ in præceptis tradita.

Liſmona.

Tunc etiam diu deſiderata in ditionem Eccleſiæ Liſmona venit, quæ Cors, vt aiunt, DCC manſos habere videtur, & maritimas Hadeloe Regiones in ditione poſſidet. Pro qua firmiter ex omni parte ſoluenda, fertur

Agnes Imperatrix.

Archiepiſcopus Reginæ Agneti dediſſe XI libras auri, quoniam hæc in partem ſuæ dotis commemorabatur. Quinquaginta Cortes dominicales habuit Archiepiſcopus, ex quibus maxima perſoluit ſeruitium vnius menſis, cæterorum minima XIIII. dierum. Tanta erat opulentia huius Epiſcopi.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT V.

Archiepiſcopus conatur ſibi omnes Comitatus, qui in eius Epiſcopatu aliquam Iuriſdictionem habent, ſubijcere.

*Potuit Eccleſia noſtra diues eſſe; potuit Archiepiſcopus noſter Colonienſi aut Moguntino in omni rerum gloria non inuidere. Solus erat Virceburgenſis Epiſcopus, qui dicitur in Epiſcopatu ſuo neminem habere conſortem.* Virceburgenſis libertas & potentia. *Ipſe enim tenet omnes Comitatus ſuæ Parochiæ, Ducatum etiam Prouinciæ gubernat Epiſcopus. Cuius æmulatione noſter Præſul ſtatuit omnes Comitatus, qui in ſua Diœceſi aliquam Iuriſdictionem habere videbantur, in poteſtatem Eccleſiæ redigere.*

*Quapropter ab initio quidem illum maximum Freſiæ Comitatum à Cæſare adeptus eſt de Findgoe, quem prius habuit Dux Gothafridus, & nunc Ekibrectus. Penſionem annuam dicunt eſſe mille librarum argenti, quarum ducentas ille ſoluit, atq; eſt miles Eccleſiæ. Archiepiſcopus autem obtinuit eundem Comitatum per X Annos, vſq; ad diem expulſionis ſuæ.* Crantzius. Comitatus in Diocœſi Bremenſi. 1 Findgoenſis.

*Alter Comitatus erat Vtonis, qui per omnem Parochiam Bremenſem ſparſim diffunditur, maximè circa Albiam. Pro quo Archiepiſcopus Vtoni tantùm obtulit imprecariè nomen de bonis Eccleſiæ, quod æſti-* 2 Comitatus Vtonis.

matur ſingulis Annis reddere mille argenti libras, cum vtiq; tanta quantitate precij, maior poſſet eſſe Eccleſiæ fructus, omni Anno paratus; niſi quod pro gloria mundi adipiſcenda, ſufficit nobis, ideo eſſe pauperes, vt diuites in ſeruitio habeamus.

## CAPVT VI.

Archiepiſcopus vt ſæculi bona redimat, Eccleſiæ bona diuendit & diſsipat.

3 Emiſgoenſis Comitatus.

TErtius erat Comitatus in Freſia, noſtræ Parochiæ vicinus, qui dicitur Emiſgoe, quem dum viri Eccleſiæ noſtræ defendunt, à Comite Bernardo Gotheſchalcus occiſus eſt. Pro quo noſter Pontifex Regi pactus eſt, ſe mille libras argenti daturum. Cuius pecuniæ ſummam cum facilè non poſſet habere, Proh dolor, iuſsit cruces, altaria, coronas & cætera ornamenta Eccleſiæ deponi. Quibus denudatis, infelicem maturauit contractum perficere. Gloriatus autem pro argentea ſe cito auream Eccleſiam facturum, omniaq; ablata reſtituere in decuplum, ſicut & prius in deſtructione Clauſtri viſus eſt egiſſe.

Eccleſia Bremenſis ſpoliatur ab Archiepiſcopo.

O ſacrilegium. Duæ cruces auro paratæ cum gemmis, altare maius & calix, ambo rutilantia ex auro & lapidibus contexta precioſis, confracta ſunt, in quibus erant auri pondera XX marcæ. Quas obtulit

Domi-

*Domina Emma, Bremenſi Eccleſiæ, cum alijs donis pluribus. Narrauit faber illa cremans, magno dolore ſe coactum ad hoc Sacrilegium, vt confringeret illas cruces; ſecreto quibuſdam aſſerens ad ſonitum mallei ſe audiſſe, quaſi vocem gementis pueri.* O mendacium.

*Tunc autem & tali modo Theſauri Bremenſis Eccleſiæ à veteribus & ſuo tempore ſummo labore magnaq́; fidelium deuotione collecti, vna & miſerabili hora pro nihilo ſunt peſſundati, vix tamen ex eadem pecunia media pars debiti conflata eſt. Gemmas ſanctarum crucium deſtructas audiuimus, ac quibuſdam meretriculis donatas. Horreo, fateor, omnia ſicut facta ſunt propalare, eò quod initium dolorum hæc erant, grauiſq́; ſecuta eſt vindicta. Ab illo ergo die, ruentibus in occaſum proſperis, omnia nobis & Eccleſiæ aduerſa fuerunt; ita vt Epiſcopus noſter & ſui aſſeclæ, ab omnibus exſibilarentur, ſicut Hæretici.*

## CAPVT VII.

Archiepiſcopus quum ad ſumma perueniſſet, in Curia Imperatoris, ſuam manum poſuit contra omnes, & omnium viciſſim manus contra ſe expertus, infamia ob artes Magicas notatus, curia & officio amouetur.

*AT ille paruipendens omnium voces, ſimul & relicta rei domeſticæ cura, totus in curiam vehemens, & in gloriam præceps ferebatur,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

batur, hac cauſa vt ipſe retulit, capeſſendæ Reipub: quærens primatum, quia Dominum & Regem ſuum inter manus trahentium, non poſſet videre captiuum. Et iam conſulatum adeptus eſt, iam remotis æmulis ſolus poſſedit arcem Capitolij, non tamen ſine inuidia, quæ ſemper gloriam ſequitur.

Moderata durant.

Tunc vero Metropolitanus noſter, quædam aurea ſæcula renouaturus, in conſulatu ſuo cogitaſſe fertur diſperdere de ciuitate Dei, omnes qui operantur iniquitatem, præcipuè illos, qui vel in Regem manus miſerunt, aut Eccleſias deprædaſſe videbantur. Cuius delicti conſcientia, cum ferè omnes Epiſcopi & Principes Regni tangerentur, vnanimi odio conſpirabant, vt ille ſolus periret, ne cæteri periclitarentur. Igitur omnes ſimul apud Triburiam congregati, cum Rex adeſſet præſens, Archiepiſcopum noſtrum quaſi Magum & ſeductorem à Curia depulerunt. Adeo manus eius contra omnes, manuſq; omnium contra illum, vt controuerſiæ finis peruenerit vſq; ad ſanguinem.

Quem multi metuunt, cum neceſſe eſt multos metuere.

## CAPVT VIII.

Duces Saxoniæ Archiepiſcopum à Curia Imperiali remotum, grauiſsimè perſequuntur.

AVdientes autem Duces noſtri, quod Pontifex ab ordine Senatorum eſſet eiectus, magno repleti gaudio, cogitabant, & ipſi



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*tempus inueniſſe vltionis, vt eum penitus alienarent à ſuo Epiſcopio dicentes, Exinanite vſq; ad fundamentum in eo, & conteramus eum de terra viuentium.*

Duces Saxoniæ lætati caſu Archiepiſcopi.

*Itaq; multæ inſidiæ, multa opprobria eorum aduerſum Archiepiſcopum, qui eo tempore, cum nihil tutius haberet Bremæ præter ſedem, quaſi obſeſſus & cuſtodia amicorum vallatus eſt. Cumq; tota Ducis familia Paſtorem & Eccleſiam, & populum & ſanctuarium deriſioni haberet Magnus, ante omnes ſæuiebat, glorians ſe tandem reſeruatum eſſe, qui rebellem domaret Eccleſiam.*

Imperator male audit ob nimiam familiaritatem Adalberti.

Quomodo Aula ciectus ſit Adalbertus, à Lamberto Schafnaburgenſi copioſe perſcriptum inuenio, in modum qui ſequitur. Anno MLXVI. Rex natalem Domini Goſlariæ celebrauit ubi ab ipſo iam initio Autumni uſq; ad eam partem hyemis tanquam ſtatiuis caſtris ſe continuerat, ſumtus habens Regiæ Magnificentiæ multum impares. Nam præter pauca, quæ ex reditibus regalis fiſci ueniebant, uel quæ Abbates coactitio famulatu miniſtrabant, cætera omnia in quotidianos uſus eius quotidianis impenſis emebantur. Hoc adeò fiebat odio Bremenſis Archiepiſcopi, quem omnes criminabantur ſub prætextum Regiæ familiaritatis, Monarchiam uſurpaſſe manifeſtæ Tyrannidis, & ipſi ergò conſueta Regi ſeruitia mittere detrectabant, & ille in alias Regni partes Regem abducere nolebat: ne ſcilicet cum alijs Principibus communicando Principatum conſiliorum & familiaritatis, ipſe ſibi aliquid imminueret de faſtigio uſurpatæ ſingularitatis. Sed non ultra laturi iniuriam uidebantur Principes Regni, Archiepiſcopi Moguntinus & Colonienſis, cum cæteris quibus curæ erat Reſpublica, crebra conuenticula faciebant atq; omnes in commune quid facto opus eſſet conſulere rogitabant. Deinde iam adulta conſpiratione diem generalis colloquij omnibus indixere Regni Principibus, ut Triburiam conuenientes, Bremenſem Archiepiſcopum communem omnium ho-

*Adalbertus Archiepiſcopus aula Imperatoria eijcitur.*

*ſtem communibus omnes ſtudijs oppugnarent, Regiq; denunciarent, aut Regno ei cedendum eſſe, aut familiaritate & amicitia Bremenſis Archiepiſcopi defungendum. Perlato Goſlariam atrocis rei nuncio, Rex ad ſtatutam diem concitus properabat. Statuta die triſtis in Regem omnium uultus, triſtis erat Sententia, ut aut Regno ſe abdicaret aut Archiepiſcopum Bremenſem à conſilijs ſuis atq; à Regni conſortio amoueret. Tergiuerſanti & quid potius eligeret hæſitanti Archiepiſcopus conſilium dedit, ut proxima nocte ablatis ſecum Regni inſignibus clam aufugeret & Goſlariam aut in alium locum ſe reciperet, ubi ab iniuria tutus foret, donec turba hæc conquieſceret. Adueniente ueſpera Theſauros Regios per ſatellites & ſocios fraudis ſuæ iam exportare coeperat, cùm repentè ad miniſtros Regis conſilium hoc, neſcio quo indicio, permanauit, qui ſtatim raptis armis Curtem regiam circumdederunt, totamq; deinceps noctem ducentes peruigilem, ne quid noui accideret aſſeruabant. Facto mane infenſis adeo animis omnes in Archiepiſcopum coorti ſunt, ut nec manibus temperaſſent, niſi Regia Maieſtas uix & ægrè iracundiam cohibuiſſet. Contumelioſeq; eiectus eſt de Curte Regia cum omnibus Tyrannidis ſuæ fautoribus, miſitq; cum eo Rex amicorum ſuorum non modicam manum, ne ſcilicet ab æmulis ſuis inſidias in uia pateretur, ſic iterum rerum publicarum adminiſtratio ad Epiſcopos redijt, ut ſinguli ſuis uicibus quid Reipublicæ facto opus eſſet, præuiderent.*

## CAPVT IX.

Magnus Dux Saxoniæ eò redigit Archiepiſcopum vt pacem ab eo mille manſis cogatur redimere.

*Magnus igitur Ducis filius, collecta latronum multitudine, non eo modo conatus eſt Eccleſiam impugnare, quemadmodum parentes eius: verum ipſum Paſtorem Eccleſiæ proſequutus, vt contentionem diutinam finiſſe videre.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

deretur, aut membris truncare, aut funditus interficere quærebat Epiſcopum: Nec tamen illi dolus ad cauendam defuit, Auxilium verò in militibus prorſus nullum habuit. Ipſo tempore Archiepiſcopus à Magno Duce obſeſſus, clam metu fugit Goſlariam, ibiq; ſecurè per dimidium Annum manſit, in prædio ſuo apud Loctunam. Caſtra & ſeruitium eius ab hoſtibus direpta ſunt. Goſlaria.

Quibus anguſtiarum laqueis obſtrictus ignominioſum quidem, ſed neceſſarium cum Tyranno fœdus pepigit, vt qui hoſtis erat, miles efficeretur, offerens ei de bonis Eccleſiæ mille manſos in beneficium & amplius. Eo nimirum tenore, vt Comitatus Freſiæ (quorum alterum Bernardus, alterum Ekibertus inuito retinebat Pontifice) Magnus abſq; omni dolo, vendicaret iuri Eccleſiæ, ac defenderet.

Archiepiſcopus muneribus placat Magnum Ducem Saxoniæ.

## CAPVT X.

Archiepiſcopus diſtributis inter Laicos bonis Eccleſiæ, ipſe ridiculus cum mera fermè luctatur inopia.

ITa prorſus diuiſo in tres partes Bremenſi Epiſcopatu, cum vnam partem Vto, alteram partem Magnus haberet, vix tertia remanſit Epiſcopo, quam tamen ipſe poſtea Bernardo aliiſq; Regis adulatoribus deſtribuens, ferè nihil ſibi retinuit. Nam & curtes Epiſcopi & decimæ

Largitiones noxiæ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Eccleſiarum, vnde Cleri & inopes ſuſtentari deberent, omnia ceſſerunt in vſum Laicorum, ita vt meretrices cum latronibus, vſq; hodie luxurientur ex bonis Eccleſiæ, in deriſum habentes Epiſcopum omneſq; miniſtros altaris.

Tantis igitur largitionibus, ſicut hodie videri poßit, nihil aliud lucratus eſt Epiſcopus erga Vtonem & Magnum, quàm ne expelleretur à ſuo Epiſcopatu; à cæteris verò nihil alud ſeruitij meruit, niſi vt Dominus vocaretur.

## CAPVT XI.

### Godeſcalcus Princeps Slauiæ à Paganis Leontij cæſus, martyrij coronam adeptus eſt.

HÆc nobis prima ruina contigit in Bremenſi Parochia, verùm trans Albiam quoq; vindictæ magnitudo peruenit; quoniam Princeps Gotheſcalcus eo tempore interfectus eſt à Paganis, quos ad Chriſtianitatem nitebatur ipſe conuertere. Et quidem vir omni æuo memorabilis, magnam partem Slauoniæ conuerſam habuit in diuinam Religionem. Sed quia nondum impletæ ſunt iniquitates Amoræorum, neq; adhuc venit tempus miſerendi eorum, neceſſe erat vt venirent ſcandala, vt probati fierent manifeſti.

Godeſcalcus Princeps Slauiæ Martyr.

Paſſus

Paſſus eſt autem noſter Machabæus in ciuitate Leontia VII. Idus Iunij, cum Preſbytero Ippone, qui ſuper Altare immolatus eſt, & alijs multis, tam Laicis quam Clericis, qui diuerſa pro Chriſto vbiq; pertulerunt ſupplicia. Anſuerus Monachus, & cum eo alij apud Rinſburg lapidati ſunt. Idus Iulij paſſio illorum occurrit.

Fertur idem Anſuerus, quum ad paſsionem ueniret, flagitaſſe Paganos, ut prius ſocij, quos deficere metuebat, lapidarentur. Quibus coronatis ipſe gaudens, cum Stephano genua poſuit.

Ippo martyr cum Godſcalco in Slauia.

Anſuerus Monachus lapidibus obrutus.

Meminerunt horum Helmoldus cap. 22. & 23. & Crantzius lib. 4. Metropolis ſuæ, unde hæc ad uerbum de uerbo, ut apparet, deſcripſerunt.

## CAPVT XII.

Ioannes Epiſcopus Slauiæ cum Coniuge Godeſcalci, filia Regis Daniæ, & alijs multis Chriſtianis pro Chriſti fide martyrium ſubijcit.

IOannes Epiſcopus ſenex, cum cæteris Chriſtianis, in Magnopoli ciuitate captus, ſeruabatur in triumphum. Ille igitur pro confeſsione Chriſti fuſtibus cæſus, deinde per ſingulas Slauorum ciuitates ductus ad ludibrium, cum à Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus in platea corpus eius proiectum eſt. Caput verò diſſectum

Iohannes iſte peregrinationis amore, Scotiam egreſſus, uenit in Saxoniam, & clementer ſuſceptus, demum ad Godſchalcum in Slauiam diuertit. Apud eum aliquandiu commoratus multa Paganorum millia baptizauit.

Iohannes Scotus, Martyr in Slauia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Pagani conto præfigentes in titulum victoriæ Deo ſuo Redigaſt immolauerunt.*

Rethegaſt.

Syritha filia Regis Daniæ, Martyriſſa.

*Hæc in Metropoli Slauorum Rethre geſta ſunt IIII. Idus Nouembris. Filia Regis Danorum apud Michlenburg ciuitatem Obotritorum inuenta cum mulieribus nuda diu cæſa eſt: Hanc enim habuit, vt prædiximus, Godeſcalcus Princeps vxorem, à qua & Filium ſuſcepit Henricum, ex alia verò Butue natus fuit, magno vterq; Slauis excidio genitus.*

D. Canutus Rex.

D. Canutus Dux.

Coniunx Godeſcalci, quæ hic martyrium ſubiiſſe fertur, Syritha fuit filia Suenonis Eſtritij, ſoror D. Canuti, cæſi Ottoniæ, atq; Amita D Canuti interemti ad Haraldſtadium in Selandia. Qui etiam Regnum Slauoniæ eo nomine, accepit ab Henrici conſobrini obitu, quemadmodum lib. 13. Saxonis uberius hæc commemorantur & alibi.

## CAPVT XIII.

Slaui in Stormariam vſq; populabundi progreſsi Hamburgam deuaſtarunt; fruſtrà ſe eis opponente Duce Ordolpho.

Slaui tertio à fide Chriſtiana deficiunt. Anno Domini 1066.

Ipſo eodemq; tempore Slaſuig ciuitas Transalbianorum, quæ ſita eſt in confinio Danici Regni, opulentiſsima æque ac populoſiſsima ex improuiſo Paganorum incurſu funditus exciſa eſt.

Sleſuiga depopulata.

Hamburga deuaſtata.

*ET illi quidem victoria potiti, totam Hamburgenſem Prouinciam ferro & igne demoliti ſunt. Stormarij ferè omnes aut occiſi aut in captiuitatem ducti. Caſtrum Hamburg funditus exciſum, & in deriſionem Saluatoris noſtri etiam cruces à Paganis truncatæ ſunt. Impleta eſt nobiſcum Pro-*

phetia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

phetia, quæ ait, Deus venerunt gentes in hæreditatem Pſal: 78.
&c. Quæ Prophetiæ deplorantur in Ieroſolymitanæ
vrbis excidio.

Huius autor cladis Pluſſo fuiſſe dicitur, qui ſororem Godeſcalci habuit, domumq; reuerſus, & ipſe obtruucatus eſt. Itaq; omnes Slaui facta conſpiratione generali ad Paganiſmum denuo relapſi ſunt; eis occiſis qui perſtiterunt in Fide. Dux noſter Ordulfus inuanum ſæpe contra Slauos dimicans, per XII Annos, quibus patri ſuperuixit, nullam potuit vnquam habere victoriam, totienſq; victus à Paganis, à ſuis etiam deriſus eſt. Igitur expulſio Archiepiſcopi & mors Godeſcalci vno ferè Anno contigit: Qui eſt Pontificis XXII.

Bluſſo, qui habuit ſororem Godeſcalci.

Hæc eſt Slauorum tertia negatio, ab eo tempore, quo primum ſub Carolo Magno Chriſtiani facti ſunt.

Ordulfus Dux Saxoniæ.

## CAPVT XIIII.

Angliam inteſtinis ſeditionibus turbatam, Vilhelmus ex Gallia clàm aduectus, inuadit atq; occupat.

EOdem quoq; tempore clades illa memorabilis in Anglia facta eſt, cuius magnitudo, & quod Anglia Danis ex antiquo ſubiecta eſt, ſummam nos euentuum præterire non ſinit. Poſt mortem ſanctiſſimi Regis Anglorum Eduardi, contendentibus pro illo Regno Principibus,

Mutationes in Regno Anglico.

Herol.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Cometa Anno Domini 1066.

Et in fallor hæc mala nobis uentura, ſignauit ille horribilis Cometa, qui ipſo apparuit Anno circa Paſchæ dies.

*Heroldus quidam Anglorum Dux, vir maleficus, ſceptrum inuaſit. Quod cum ſibi frater eius, nomine Toſte, ereptum audiret, Regem Nordmannorum auxilio ducit Haraldum, Regemq́; Scotorum & occiſus eſt ipſe Toſte, Harald & Rex Hyberniæ cum toto exercitu, à Rege Anglorum. Vix, vt aiunt, dies octo tranſierant, & ecce Vilhelmus, cui pro obliquo ſanguine, cognomen eſt Baſtardus, à Gallia transfretans in Angliam, laſſo victori bellum intulit, in quo Angli primum victores, deinde victi à Nordmannis, vſq; ad finem contriti ſunt. Haraldus ibi cecidit & poſt eum ex Anglia ferè C. millia.*

Haraldus Rex Noruagiæ, cæſus in Anglia.

Haraldus iſte Rex Nordmannorum trecentas naues habuit magnas, quæ omnes ibi remanſerunt. Inſuper maſſa auri, quam Haraldus à Græcia adduxit, ad Baſtardum tali fortuna peruenit. Erat autem pondus auri, quod uix biſſeni iuuenes ceruice leuarent.

Maſſa auri ingens.

*Baſtardus victor in vltionem Dei, quem ipſi offenderant Angli, omnes ferè Clericos & Monachos abſq; regula viuentes, expulit. Deinde ablatis ſcandalis Lanfrancum Philoſophum in Eccleſia poſuit doctorem, cuius ſtudio & prius & poſtmodum in Anglia multi, ad diuinum animati ſunt obſequium.*

Lanfrancus Philoſophus in Anglia.

Haraldus Rex Noruagiæ cognomento Haardraade, accitus ad ſocietatem belli à Toſtone contra fratrem eius Haraldum, ſagitta in pectore lætaliter uulneratus eſt. Funus à filio eius Olao, qui unà prælio interfuerat, Nidroſiam delatum eſt.

Anno Domini 1063.

Guilielmus

Guilelmus cognomento nothus, Haraldum inteſtinis & Noruagico bello hoc exhauſtum oppreßit. Cuius poſterij ex ſanguine Nordmannico, iam Annos totos quingentos Regnum occupant, exciſa ueteri Anglorum proſapia ferme omni.

Guilelmus nothus, Anno Domini 1066.

De Lanfranco hoc eſt in Chronicis Anglicis Guilielmi Neubrigenſis; Locum Stigandi Cantuarienſis ſuſcepit Lanfrancus ex Monacho Becenſi, Abbas Cadomenſis, natione Longobardus, uir præter religioſæ uitæ meritum, in utraq; litteratura ſæculari ſcilicet & diuina clarißimus.

Guilelmus Neubrigenſis, Anglicus Hiſtoricus.

## CAPVT XV.

### Status Regni Suetiæ miſerabilis.

*IN Suetia per idem tempus Chriſtianißimus Rex Steinkel defunctus eſt, poſt quem certantibus de Regno duobus Ericis, omnes Suedorum potentes, occubuiſſe feruntur in bello. Nam & Reges ambo ibi perierunt. Ita prorſus deficiente omni regali proſapia, & ſtatus Regni mutatus, & Chriſtianitas ibi turbata eſt valde. Epiſcopi quos illuc Metropolitanus ordinauit, perſecutionem metuentes domi ſederunt. Solus Epiſcopus Scaniæ procurauit Eccleſias Gothorum. Et quidem Sueonum Satrapa Gniph, ad Chriſtianitatem populum confortauit.*

Duobus Ericis in prælio interfectis, Halſten filius Stenkel in Regnum leuatus eſt. Quo mox depulſo accitus eſt Annunder à Ruſſia; & illo nihilominus amoto, Sueones elegerunt quendam Haquinum.

Mutationes in Regno Suetiæ.

Stenkillus Rex Suetiæ moritur.

Hiſtoriographi Sueci aliam Regum ſeriem ponunt, diuerſam ab hac noſtri Autoris. Dicit in ſuis annalibus Doctor Ericus, poſt Haquinum Rode ad Regnum perueniſſe Stenkillum, qui fuit nepos ex ſorore Olai, quem cognominarunt Scottekonung, cuius ſupra lib. 2. facta eſt mentio.

Doctor Ericus Hiſtoricus Suecus.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

mentio. Poſt Stenkillum collocant Ingonem, qui ex qua fuerit proſapia, meminit Hiſtoricorum nemo. Huic ſucceßiſſe tradunt Halſtanum fratrem, quem ſecutum ferunt Philippum filium dicti Halſtani. De Ericis nulla ſit mentio, quorum meminerunt Scholia noſtra marginalia antiqua. Credibile certè eſt in iſto, à Stenkilli obitu, interregno, ortas eſſe in Suetia mutationes & contentiones graues, quum in Stenkillo, ut apparet, extincta ſit proſapia Regia uetus & antiqua. Cuius hoc eſt indicium magnum, quod nemo Hiſtoricorum omnium, quos mihi uidere contigit, prodat ex qua familia fuerit iſte Ingo ſucceſſor Stenkilli.

Genealogia Regum Suetiæ.

## CAPVT XVI.

### Encomium Suenonis Regis Daniæ, à quo Autor ſe accepiſſe fatetur, quicquid refert de conuerſione Barbarorum.

Sueno Eſtritius Rex Daniæ pacem colit cum Noruagis.

*ILlo tempore clariſsimus inter Barbaros fuit Suen Rex Danorum. Qui Reges Nordmannorum Olaph & Magnum conſtrinxit magna virtute. Inter Suen & Baſtardum perpetua contentio de Anglia fuit, licet noſter Pontifex muneribus Vilhelmi perſuaſus, inter Reges pacem formare voluerit. Chriſtianitas ab illo Suen Rege in exteras nationes longè lateq; diffuſa eſt. Et cum multis virtutibus polleret, ſola ægrotauit luxuria.*

*Nouiſsimis Archiepiſcopi temporibus, cum ego Bremam veni, audita eiusdem Regis ſapientia, mox ad eum venire diſpoſui, à quo & clementiſſimè ſuſceptus vt omnes, magnam huius libelli materiam ex eius ore collegi. Erat enim ſcientia literarum eruditus, & libe-*

ralis,

*raliſſimus in extraneos, & ipſe direxit prædicatores Clericos in omnem Suediam, Nordmanniam, & in inſulas, quæ ſunt in illis partibus. Cuius veraci & dulciſſima narratione didici, ſuo tempore multos ex barbaris nationibus ad chriſtianam fidem conuerſos; aliquos etiam tam in Suedia quam Noruegia martyrio coronatos, ex quibus, ait, Henricus quidam peregrinus, dum apud Sueones vlteriores prædicaret, martyrij palmam capitis abſciſſione meruit.*

Suenonis Eſtriij magna laus.

Henricus quidam martyr apud Suecos.

*Alter quidem Alſuardus nominè, inter Nordmannos ſancta conuerſatione diu ac latenter viuens, abſcondi non potuit. Ille igitur dum protexit inimicum, occiſus eſt ab amicis. Ad quorum requietionis locum, magna hodieq́ ſanitatum miracula populis declarantur. Igitur & ea quæ diximus, vel adhuc ſumus dicturi de Barbaris, omnia relatu illius viri agnouimus.*

Alſuardus Martyr in Nordmannia.

Poſt Haraldum Regem Noruagiæ cæſum in Anglia, duo ipſius filij Magnus & Olaus ſucceſſerunt. Qui pacem ineuntes & fœdus cum Rege Suenone, ſimul regnabant Annis duobus. Olaus cognomento kyrre, accepit filiam Suenonis Ingertam, atq; ita utrinq; ceſſatū eſt à bellis mutuis.

Olaus kyrre, Rex Noruagiæ ducit filiam Regis Daniæ.

Hic noſter Sueno Eſtritius, magnam tulit laudem Pietatis & Sapientiæ, utpote qui non ipſe tantum litterarum humaniorum cognitione excelleret, ſed & conuictu quoq; gauderet maximè Clericorum & hominum antiquitatis atq; Hiſtoriarum ſtudioſorum.

## CAPVT XVII.

Reprehenditur Adalbertus, quod nimium Aulæ Imperatoris deditus fuerit; Nunc verò deſperatis rebus, ocio ſe primùm dedere incipit.

 Inte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

INterea noſter Archiepiſcopus, zelo, vt aiunt, Agrippinenſis Epiſcopi, à curia perturbatus, Bremæ ſedit priuatus, ſolitarius & quietus. Atq; vtinam tanta mentis quiete frueretur, quanta corporis fatigatione carebat. Felix, inquam, ſi domeſticis Eccleſiæ bonis, auitiſq; parentum contemtus diuitijs, infelicem curiam aut nunquam vidiſſet, aut raro viſitaſſet. Et de alijs quidem viris magnis legitur, quod gloriam mundi contemnentes, Aulam Regiam veluti ſecundam Idolatriam refugerint, iudicantes nimirum ad hoc Philoſophicum ſolitariæ vitæ ocium, à tempeſtate ſæculi & tumultu palatij, quaſi ad portum & requiem beatitudinis veniendum.

*Beati qui procul aula propriis degunt contenti.*

Noſter verò Pontifex contraria via currebat, ſapientis viri officium æſtimans, vt pro ſalute Eccleſiæ ſuæ, non ſolùm curiæ labores ſuſtineat, verùm etiam ſi ita neceſſitas erit, pericula & mortem ſubire non dubitet. Vnde ni fallor, primo tempore ſuo curiam Regis frequentauit, pro exaltanda Eccleſia ſua; Circa finem verò perditis aut potius diſperſis quæ habuit, pro liberando laborauit Epiſcopio. In qua re, ſicut illud perſuaſit ambitus gloriæ; ita iſtud neceſſitas imperauit Eccleſiæ, quæ inuidia Ducum huius patriæ ſemper impugnata, tunc demum etiam ad nihilum redacta eſt.

*Deſperatio facit Monachum.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Quam calamitatem ſui temporis ipſe miſerabilitèr quotidie deplorauit; ſpeciales ad hoc Pſalmos habens conſtitutos, quibus in hoſtes Eccleſiæ ſe poſſet vlciſci.*

## CAPVT XVIII.

Recenſet cauſas, de quibus ſe crudeliorem Adalbertus coactus ſit præbere familiæ ſuæ Eccleſiæ.

*QVod autem erga ſuos Parochianos ſe tam crudelem exhibuit, quos potius diligere, ac ſicut Paſtor oues ſuas procurare deberet, ipſe magnam expoſuit rationem, quam de illius ore nos audiuimus. Alia dicemus ex alijs.* Cauſa cur duriorem ſe præbuerit Clero Archiepiſcopus.

*Germanus Archiepiſcopi frater, ſcilicet Palatinus Comes, nomine Decius, à quodam ſuæ Diœceſis Preſbytero interfectus eſt, eodem Anno quo & Cæſar defunctus eſt. Vir bonus & iuſtus, qui nemini vnquam vel ipſe nocuit vel fratrem nocere permiſit. Apparuit hoc in fine memorabilis viri, qui circumſtantes iam obteſtatus eſt, pro ſalute ſui occiſoris; hoc mandauit & fratri, qui defuncti complens vota, Preſbyterum quidem permiſit abire illæſum, ex eo autem tempore odio habuit omnem familiam Eccleſiæ.* I. Decius frater Archiepiſcopi occiſus à Preſbytero.

*Dicunt & aliam fomitem odij, quod dum aliquando Pontifex, neſcio quem de familia ſuperbius agentem iuſſiſſet comprehendi, reliqui inde commoti ad* II. Captiuitas miniſtri ſui.

*inſaniam, cubiculum Pontificis armati petunt, etiam vim facturi, niſi redderetur comprehenſus, & alia quæ furor perſuaſit iratis.*

## CAPVT XIX.

Tertia & Quarta cauſſa, cur ſe aliquanto acerbiorem exhibuerit ſuis Archiepiſcopus.

III. Luxuriæ familiæ Archiepiſcopalis. *TErtia cauſſa erat quod Epiſcopus bonis ſuis parceret, & Annum integrum aut ſæpe biennium à domo peregrinatus eſt. Poſt multum verò temporis regreſſus in Epiſcopatum, cœpit rationem ponere cum ſeruis ac villicis ſuis, inuenitq́; omnia bona, & redditus fructuum non minus* Aulicorũ mores. *diſſipata, quàm ſi domi fuiſſet. Eſt enim hoc genus hominum, vt benè deſcribit Saluſtius, mobile & infidum, neq; beneficio neq; metu coercetur.*

IIII. *Præterea ingurgitationem potus, quod peculiare* Ebrietas. *vitium eſt illis gentibus, ita in eis abominatus eſt Pontifex, vt ſæpe de illis dicere ſolitus ſit. Quorum Deus venter eſt. Nam contentiones & pugnas, oblocutiones et blaſphemias & quæcunq; maiora ſcelera commiſerint in ebrietate, in craſtinum illi pro ludo habent.*

## CAPVT XX.

Quintam & vltimam cauſſam aſsignat, cur meritò Archiepiſcopus coactus ſit durius in ſuos animaduertere.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

QVærebatur etiam vſq; ad ſua tempora multos Paganos erroribus implicitos, ita vt diem ſextæ Feriæ, Carnis eſu macularent, vt vigilias ſolennitateſq; Sanctorum ac venerabilem Quadrageſimam gula, fornicationibuſq; polluerent, vt periuria pro nihilo computent; vt effuſionem ſanguinis in laudem habeant; ſimiliter adulteria inceſtuoſitates, aliæq; naturam excedentes immunditiæ vix culpantur ab aliquo illorum. Plæriq; duas vel tres aut innumerabiles ſimul vxores tenent. Item morticinis & ſanguine, & ſuffocatis, carneq; iumentorum licitè vtuntur.

V. Vitia vulgi & Paganorum.

Poſtremum eſt quod Archiepiſcopus adprimè doluit, ſuper inuidia quam in aduenis habebant, & quod adhuc Duci fideliores erant, quàm ſibi aut Eccleſiæ ſuæ. Hæc & alia populi delicta, dum ſæpe Metropolitanus in Eccleſia declamatorio ſermone fieri prohiberet: illi correptionem paternam deriſioni habuere, nec vt Sacerdotibus aut Eccleſijs Dei vllam reuerentiam haberent, flecti moueriq; potuere.

VI. Infidelitas miniſtrorum Archiepiſcopi.

## CAPVT XXI.

Adalbertus proprijs dilapidatis bonis de pauperum rapinis & Præpoſiturarum redditibus cogitur viuere.

Quibus

QVibus rerum cauſis impellentibus ſtatuit eis Archiepiſcopus, vt populo duræ ceruicis, neq; parcendum eſſe neq; credendum, ita dicens: In chamo & freno maxillas eorum conſtringam, Rurſumq;, Viſitabo in virga iniquitatem eorum, & alia. Itaq; inuenta occaſione, ſi quis eorum offendiſſet eum, mox in vincula conyci iuſſit, aut ſpoliari omnibus bonis, aſſerens cum riſu, afflictionem corporis animæ vtilem; damna bonorum eſſe purgationem delictorum. Vnde factum, vt præpoſiti operum, quibus ipſe vicem ſuam commiſit, in rapiendo & affligendo modum exceſſerint. Impletumq; eſt vaticinium quod ait: Ego iratus ſum parum: ipſi vero adiuuerunt me in malum, dicit Dominus.

Crudelitas.

Qualis Dominus, tales ſerui.

Zach. 1.

Tunc igitur Bremæ commoratus Pontifex, cum nihil haberet reſidui, de rapinis pauperum vixit & bonis ſanctarum congregationum. Præpoſituram maiorem Epiſcopij, ſeruus eius quidam Siudger adminiſtrauit. Is cum diſperſis fratrum bonis, propter homicidium Diaconi eſſet depoſitus, iterum reſtitutus, nec haberet quod fratribus aut Domino ſeruitij daret, conſcientiæ metu perculſus aufugit propter iram Pontificis. Sicq; Præpoſitura in ditionem Epiſcopi redacta, per vicarios ſua quærentes, miſerabiliter ipſo tempore laniata eſt. Similiter per ſingulas fiebat congregationes,

Bona Eccleſiæ expoſita rapinis.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Pontifice in præpoſitos irato, illis autem in vulgus zelantibus, diſsipata ſunt omnia bona Eccleſiæ.*

## CAPVT XXII.

Adalbertus Zenodochiorum bona ad ſe transferens, auget famis graſſantis periculum; adeo vt multi Bremis in plateis Eleemoſynis deſtituti, fame perierint.

*HVius cladis ſolùm expers erat Zenodochium, quod à Sancto Anſgario primitus inceptum, poſtea ſuccedentium Patrum diligentia, vſq; ad nouiſsima tempora Domini Adalberti, ſaluum permanſit & integrum. Et tunc quidem vice Dominus noſter, quaſi fidelis diſpenſator, & prudens ad cuſtodiendas pauperum Eleemoſynas deputabatur.*

*Non audeo dicere quantum peccatum ſit defraudare pauperum res, quod alij canones Sacrilegium vocant, alij homicidium, hoc ſolum fas ſit, pace omnium dici fratrum, quia toto ſeptennio quo ſuperuixit Archiepiſcopus, ex illo famoſo & opulento Bremenſis Eccleſiæ Hoſpitali, nulla prorſus data eſt Eleemoſyna.* (Sacrilegium defraudare pauperes ſuis Eleemoſynis.) *Quod ex eo miſerabile & inhumanum videtur, quoniam & tempus incubuit famis, & multi pauperes in plateis vbiq; reperti ſunt mortui.* (Fames magna.) *Ita intento ad Curiam Paſtore noſtro, ſanctiſsimi vicarij eius Dominicum*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

ouile vaſtantes, more luporum in Epiſcopio graſſati ſunt; ibi ſolummodo parcentes, vbi nihil inuenerunt, quod poſſet auferri.

## CAPVT XXIII.

Exaggerat crudelitatem ac tyrannidem Archiepiſcopi, & maximè eius familiarium; à quibus nihil tutum, nihil ſecurum miſeris ciuibus ac ſubditis.

CErneres eo tempore lamentabilem Bremæ Tragœdiam in afflictione ciuium, militumq́ ac Magnatum; item, quod grauius erat, Clericorum & Sanctimonialium. Et de nocentibus quidem iuſtè actum videtur, vt corriperentur, de alijs verò non ſic. Primo igitur ſi quis diuitum putabatur innocens, ei aliqua iubebantur, vt nocens fieret, vix poßibilia. Clamaret? ſtatim omnibus bonis expoliatus eſt. Si murmurare præſumſit, in vincula coniectus. Erat autem videre, alios flagris torqueri, multos in neruum mitti, quoſdam pelli à domo, plæroſq́ deportari in Exilium. Ac velut in ciuili Syllæ victoria contigit, quem aliquis potentum priuato odio infenſum habuit, eum ſæpe ignorante Archiepiſcopo damnauit; quaſi ex eius præcepto. Tunc verò ne aliquis ſexus, aut ordo immunis haberetur in tanto ſcelere, vidimus etiam mulierculas auro veſtibuſq́ nudatas, & infamis prædæ autores cum Preſbyteris vel Epiſcopos exiſtere.

Violentia.

Tyrannis.

Porro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Porro ex illis, quibus ablata ſunt ſua bona, aut qui durius à Quæſtore grauati ſunt, compertum eſt nobis, aliquos eorum nimio dolore permotos in amentiam venisse, quoſdam verò, nuper diuites oſtiatim mendicaſſe.*

*Cumq́ rapinarum quæſtio in omnes caderet Epiſcopo ſubiectos, non tranſiuit etiam negotiatores, qui ex omni terrarum parte Bremam ſolitis frequentabant mercibus. Eos omnes execranda vicedominorum exactio coëgit ſæpe nudos abire. Ita Ciuitas à Ciuibus & forum mercibus vſq́ hodie defeciſſe videtur, cum præſertim, ſi quid noſtris intactum ſuperfuit, hoc ſerui Ducis radicitus abſumpſerunt. Et hæc omnia cum ſæpe antea facta ſunt, & præſente Archiepiſcopo, intolerabiliter autem ipſo abſente, ac poſt diem expulſionis ſuæ.* Ius Hoſpitalitatis uiolatum in mercatoribus.

## CAPVT XXIIII.

Archiepiſcopus in priſtinum dignitatis ſurrogatus gradum, cautius ſe geſsit quàm prius. Quædam ſui animi vota expleuit, ſed non, vt intenderat, omnia.

*MVlto igitur labore multiſq́ largitionibus inuanum conſumtis, Metropolitanus tandem poſt triennium Expulſionis ſuæ, voti compos effectus, in priſtinum gradum Curiæ reſtitutus eſt; moxq́ ſuccedentibus proſperis, ſummam rerum, quod eſt vicedominatus, iam ſepties Conſul meruit. Nactus vero locum dignitatis, in quo magnitudinem* Adalbertus redit in Aulam Romani Imp.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

animi poſſet oſtendere, iam tunc cautè ambulandum eſſe deliberauit erga Principes, vt non offenderet eos ſicut prius. Quapropter Colonienſi Epiſcopo primum reconciliari voluit, deinde cæteris, in quos ipſe peccaſſe, vel potius qui in illum peccaſſe videbantur.

Deinde remotis impedimentis Eccleſiæ ſuæ, pro cuius exaltatione tam in ambitu Curiæ, quàm in profuſione pecuniæ videbatur improbior, non fuit ocioſus. Quo tempore Pliſnam, Duſburg, Groningen & Sinticum acquiſiuit. Vildaſhuſin præpoſituram Bremæ vicinam, prope in manibus habuit, & Roſſeldon Hamburg proximam. Cæterum ſi diutius haberet vitam, cogitauit etiam Verdenſem Epiſcopatum, noſtræ Metropoli ſubiugare. Poſtremo in Hamburg iam apertè laborauit Patriarchatum efficere, aliaq́ magna & incredibilia, de quibus ſupra nimis dictum eſt.

Duſburg. Groningen.

## CAPVT XXV.

Conſpiratio facta in Regem, detecta & reſtincta eſt; ſubactis conſpirationis Ducibus.

Colloquium Cæſaris & Regis Daniæ.

ACcedit hoc ad gloriam Præſulis, quod in Anno conſulatus ſui, famoſum illud Colloquium Cæſaris cum Rege Danorum, ad contumeliam habitum eſt Hamburg. Vbi ſub obtentu fœderis contra Saxones arma parata ſunt.

Eodem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Eodem Anno reſtincta eſt illa conſpiratio in Regem facta. In qua Dux Otto & Magnus, deuaſtata per Annum Saxonia, tandem conſilio præſulis in poteſtatem ſe Regis dederunt. Rex Ducatum Otthonis Velpo dedit. Archiepiſcopus noſter bona Eccleſiæ recepit, quæ antè habuit Magnus.* Otto & Magnus Duces Saxoniæ.

Quæ fuerit cauſſa aut ratio inſtituti huius Colloquij, inter Imp. Rom: & Regem Daniæ, facilè non licet æſtimare. Crantzius exiſtimat Suenonem Eſtritium fuiſſe hunc Regem Daniæ. Cui repugnare uidetur primum temporis ratio, quum Anno Domini 1071 hoc contigiſſe conſtet. Sueno autem fatis conceſſerit Anno, ut autumant 1067. Accedit deinde, quod perſuadere mihi neutiquam ualeam, Autorem noſtrum ſuppreſſurum fuiſſe nomen Suenonis, cui tam familiariter eum notum ex ſuperioribus conſtat, ſi is cum Henrico Imp: ita graue & ſærium Colloquium inſtituiſſet, ut ſine commutatione uerborum atq; contumelioſa contentione illud conficere nequiuerit. Niſi omnino in gratiam Metropolis ſuæ hoc conticuit, quod fortè Sueno poſtremis uitæ temporibus, iugum Archiepiſcopi exoſum habens, occaſionem dederit mutandi & transferendi ſedem uerſus Bremam, quemadmodum à Saxone noſtro lib. II. luculente memoriæ proditum eſt.

## CAPVT XXVI.

Archiepiſcopus intelligens ſe tantùm ſpe vana lactari ab Imperatore, fatis concedit.

*ITaq; in ſumma rerum gloria poſitus, licet crebra corporis moleſtia pulſaretur, negotijs tamen publicis deeſſe noluit. A Rheno ad Danubium, indeq; in Saxoniam cum Rege portatus in lecto. Aiunt quidam laudatum eſſe*

Vana ſpes. Regia ſponſione, vt proxima ſolennitate Paſchali, conuenientibus apud traiectum Rheni Principibus, ibi confirmarentur ei omnia, quæ de Laureſſa vel Corbeia & cæteris, deſiderauit anima eius. Aſſerunt alij callidis dilationibus à Rege pertractum eſſe, Pontificem, Laureſſa. quo ſcilicet Laureſſam dimittens, vbicunq; mallet in Regno, bis tantum ſuæ reciperet Eccleſiæ donandum; verum ille pertinax incœpti, dum nil aliud velle reſpondit, tandem fruſtrato niſu decidens, vnà & vitam & Laureſſam, cum cæteris Eccleſiæ bonis, perdidit.

## CAPVT XXVII.

Prognoſticon vicinæ mortis in ipſo Archiepiſcopo, Morum videlicet & Animi ſubita in deterius mutatio.

Prognoſticon ſeu indicia vicinæ mortis. Signa vel Prognoſtica vicinæ mortis eius plurima fuerunt tam pauorabilia & inſolita, vt nos ipſumq; Pontificem terrefacere viderentur, tam ingentia & manifeſta, vt quiſquis morum ſuorum turbulentiam & valetudinis inconſtantiam diligentius intueretur, procul dubio finem dixerit aduentaſſe. Siquidem mores viri, licet ſemper à communi mortalium habitudine diſſentirent, circa terminum verò, inhumani, intolerabileſq; & alieni à ſemetipſo videbantur; maximè poſt diem expulſionis ſuæ, vel deuaſtationis Parochiæ, quæ ſimul ſubſecuta eſt. Poſt illum, inquam, diem, pudore, ira, doloreq; maiore quàm ſapientem virum decuit permotus, quia recupe-

randi bona Eccleſiæ non inuenit conſilium, ex nimia ſolicitudine multiformium anguſtiarum, non audeo dicere, inſanus & inops mentis effectus eſt. Inſania Archiepiſcopi.

Porro quæ per eum deinde gerebantur, aliqua errantis vel decipientis poterant videri, quæ vt æſtimo non hominis ſani, non ſanus iuret oreſtes. Sicut eſt illud, quod præfati ſumus, quia noctem integram vigilando, diemq́ tranſegit dormiendo. Item illud, quod à veritate quidem auditum auertens, ad fabulas & ſomnia conuerſus eſt. Item illud, quod Eleemoſynarum oblitus in pauperes, omnia quæ habere potuit, diſperſit in diuites, præcipuè Adulatores. Item illud, quod diſperſis bonis Eccleſiæ, cum nihil haberet reſidui, de rapinis miſerorum vixit, & legitimis ſanctarum congregationum. Item illud, quod de præpoſitura villicationem faciens, & de Hoſpitali præpoſituram, non impar illi fuit, qui diruta ædificat, mutat quadrata rotundis. Item illud, quod facilius ſolitò prouocatus ad iracundiam, aliquos manu percuſſit, vſq; ad effuſionem ſanguinis. Somnia. Rapinæ. Iracundia.

Multos etiam ignominioſis exaſperans verbis, non minus ſe quàm illos inhonorauit. Talis ille circa finem, totus à ſe alteratus, & priſtina virtute peſſumdatus, quid vellet aut nollet, nec ſibi, nec vlli ſuorum poterat ſatis notum eſſe. Cæterùm talis erat eloquentia eius vſq; ad finem, vt ſi eum audires concionantem, tibi facile perſuaderetur, omnia per illum fieri plena ratione magnaq́; autoritate. Eloquentia.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXVIII.

Archiepiſcopus à fratre Friderico Palatino Rheni admonitus; nihilominus ad ſe non redit. Quod verò Magicis artibus ſe non dederit purgatur.

Fridericus Palatinus Rheni, frater Archiepiſcopi.

*Hanc pernicioſam clariſsimi viri commutationem ſiue digreſsionem & apertius deteriorationem, dum per ſingulas orbis Prouincias fama volans diſpergeret, inſignis germanus eius, ſcilicet Palatinus Comes, Fridericus, ad corripiendum fratrem, ſicut memini, peruenit Liſmonam. Sed fruſtrà commonens eum de his quæ honori eius attingerent vel ſaluti, moleſtus diſceſsit, Nothobaldum ſuoſq; pares accuſans, qui ſuis maleficÿs illuſtrem virum circumuenirent, ſuiſq; dementem reddiderint conſilÿs. Hæc ille.*

Liſmona. Nothobaldus Magus.

*Nos autem vidimus ipſum Pontificem, ad tantam perueniſſe infamiam, illo tempore, vt Magicis inſeruiſſe artibus diceretur, à quo crimine, Ieſum teſtor & Angelos eius, omneſq; Sanctos, illum virum prorſus immunem & liberum eſſe, præſertim cum maleficos & Diuinos & eiuſmodi homines ſæpe iudicaret morte eſſe multandos. Quoniam verò ſcriptum eſt: Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris, arbitror eum aut malignitate eorum, quos ſibi fideles credidit, aut infeſta-*

Archiepiſcopus ſuſpectus ob Magiam.

Pſal: 18.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

feſtatione inimicorum, qui Eccleſiam eius impugnabant, à ſtatu ſolitæ rectitudinis primo lapſum, deinde corruiſſe totum.

## CAPVT XXIX.

Archiepiſcopus equo delapſus, & propter crebrum medicamentorum vſum, deſperabundus, agens pœnitentiam, ad ſe redit.

*TAndem ſæua morum perturbatione infractus, cum ſimul exterioribus fortunæ quateretur aduerſis, quaſi nauis obruta fluctibus, etiam corpore debilitari cœpit. Dumq; Medicorum auxilio ſtuduit recuperare valetudinem; propter crebra medicaminum tentamenta in grauiorem mox incidit infirmitatem, ita vt ſemianimis iacens, in extremis iam fuerit deſperatus.*

Infirmitas Archiepiſcopi.

*Quo etiam tempore ad Curiam tendens, graui caſu de equo lapſus eſt. Tunc ille compunctus, amarè fleuit cum Ezechia, correctionemq; vitæ ſuæ Deo promittens. O ſolita Chriſti Clementia, ſtatim conualuit, totumq; ſuperuiuens triennium, multa compleuit, non tamen omnia, quæ promiſit.*

Archiepiſcopus de equo lapſus.

Anno 1093.

## CAPVT XXX.

Pytoniſſa & Medici malè ominantur Adalberto. Solus Nothebaldus Gnatho domeſticus, contrarium ſpondebat atq; ita facilè credulum decepit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

IN illis diebus ſuperuenit quædam mulier, ſpiritum habens Pytonis, hæc voce publica dixit omnibus, celerem Archiepiſcopo tranſitum affore, infra biennium, niſi fortè conuerteretur. Hoc idem teſtati ſunt Medici. Erant autem cum Pontifice alij Pſeudoprophtæ, longè alia promittentes, quibus melior fides habebatur. Illi ſiquidem vaticinabantur, illum tam diu victurum, donec poneret omnes inimicos ſuos, ſcabellum peduu ſuorum. Hancq́ debilitatem corporis magnam deinde ſanitatem, vel rerum proſperitatem ſecuturam. Familiariſsimus omnium erat Nothebaldus, qui multa Pontifici ſæpe vera prædicens, vno & nouiſsimo decepit verbo credentem.

Pytoniſſa.

Ex illo tempore balneis, quibus ſæpe quotidie ſolebat uti, ſale recoctis abſtinuit, & reliquis multis quæ grauia eſſe populo perſenſit.

## CAPVT XXXI.

### Immania portenta, præcedentia mortem Archiepiſcopi.

VIdimus eo tempore cruces apud Bremam ſudaſſe lacrymis. Vidimus Eccleſiam porcos violaſſe caneſq́, adeò vt vix poterant ab ipſa Altaris crepidine repelli. Vidimus lupos in ſuburbanis loci noſtri gregatim vlulantes, horribili iurgio certaſſe cum Bubonibus. Cumq́ ſomnia vehementer attenderet Epiſcopus, hæc ab omnibus ſiniſtra,

Portenta.

niſtra, nunciabantur in ipſum reſpicere. Mortui nunquam tam familiariter locuti ſunt viuis. Omnia mortem Epiſcopi portendebant. Nam & Hamburg eodem Anno, quo Metropolitanus deceßit, incenſa & bis vaſtata eſt. Pagani victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in ſua ditione. Bellatoribuſq́; occiſis aut in captiuitatem ductis, Prouincia in ſolitudinem redacta eſt, vt diceres in fine boni Paſtoris, etiam terris pacem ablatam.

Hamburg incenſa & deuaſtata. Anno Domini 1072.

## CAPVT XXXII.

Adalbertus Goſlariæ in diſcrimine vitæ conſtitutns, neminem fratrum ad ſe admiſit, excepto ſolo Rege, cui curam Eccleſiæ commendauit.

QVatuordecim dies ante obitum Goſlariæ poſitus, ex conſuetudine ſua, nec potionibus nec phlebtomijs contineri voluit. Quare grauißimo dyſſenteriæ morbo correptus, & vſq́; ad oſſa attenuatus, heu prorſus ſuæ adhuc immemor ſalutis, Reipublicæ negotia tractauit, vſq́; ad extremam tranſitus horam.

Recidiua Archiepiſcopi.

Aderat Magdeburg: Archiepiſcopus Vezillo & alij fratrũ, petentes, vt intromitterentur. Quos tamen ipſe, neſcio quib. offenſus, excludi præcepit à ianuis, dicens ſe præ immunditia infirmitatis indignũ, qui ab aliquo videretur. Soli Regi concedebatur aditus ægrũ viſitandi,

Vezillo Archiepiſcopus Magdeburgenſis.

 quem

*quem dilexit eo modo etiam vſq́; in finem. Illum ergò ſuæ fidei admonens & diuturni ſeruitij, multis generibus commendauit ei Eccleſiam ſuam & bona Eccleſiæ.*

## CAPVT XXXIII.

### Adalbertus vicinus morti, pœnitentiæ oblitus, vitam adhuc in terris ſibi ſpondet.

*INterea feralis aderat dies, Ægyptiacis cognota tenebris. Qua magnus Præſul Adalbertus amaræ mortis vicino pulſabatur nuntio. Senſit & ipſe ſolutionem corporis ſui, tam virium defectu, quàm rerum præſagio dictarum, inſtare. Sed cum Medici trepidarent indicare veritatem, ſoluſq́; promitteret vitam Nothebaldus, inter ſpem vitæ, metumq́; mortis vir ſapiens iacuit incertus, ſuiq́; oblitus.*

Adamatus Medicus prædicit Archiepiſcopo mortem.

*Adamatus quidem medicus Salernitanus fertur ante triduum mandiſſe Archiepiſcopo proximum adeſſe diem obitus ſui. Quod ſpernēs Nothebaldo credidit; qui mutationis diem cito affuturum ſpopondit.*

Nothebaldus magus.

*Et ſeu ignorans quia dies Domini ſicut Fur, ita in nocte veniet, & cum dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. Et aliàs, vbi præcipitur in Euangelio, vt vigilemus. Neſcitis, inquit, diem neq́; horam. Qua in re memor ſententiæ cuiuſdam ſancti, non ſine lachrymis huic loco poſſum aptare. Iam, inquit,*
,, *percutitur, iam ſine pœnitentia cogitur exire peccator,*
,, *vt moriens obliuiſcatur ſui, qui, dum viueret, oblitus eſt*
,, *DEI.*

Horæ mortis incertitudo.

Pœnitentia dilata.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## CAPVT XXXIIII.

Adalbertus moritur nemine fratrum præſente, vel, vt alij narrant, præſentibus miniſtris ac pœnitentiam eius audientibus.

*Tali modo glorioſus ille Metropolitanus, cum adhuc ſperaret de vita præſenti, die medio ſextæ feriæ, ſuis ad epulas ſedentibus, ipſe in agonia ſolus iacens exhalauit ſpiritum. Eheu quàm vellem meliora ſcribere de tanto viro, qui & me dilexit, & tam clarus in vita ſua fuit. Verum timeo, quia ſcriptum eſt: Væ illis qui malum bonum dicunt, & pereant qui nigrum in candida vertunt. Videturq; mihi periculoſum eſſe, vt talis homo, qui dum viueret, propter adulationes perditus eſt, ei nos ſcribentes aut loquentes poſt mortem adulari debeamus.*

Mors inopina Adalberti.

*Aſſerunt tamen aliqui, cum ita ſolus iacuiſſet, paucos interfuiſſe arbitros, in quorum præſentia de omnibus geſtorum ſuorum offendiculis, amaram in nouiſſimo geſſerit pœnitentiam, flens & eiulans, ſe dies ſuos perdidiſſe. Tuncq; demum cognouit, quàm parua, immò quàm miſera eſt noſtri pulueris gloria. Quia omnis caro fænum & omnis gloria eius quaſi flos fœni.*

Vanitas gloriæ humanæ.

Eſaiæ 40.

Reditus Adalberti in Aulam, & obitus quoq; eiuſdem, meminit ſuprà nominatus Lambertus Schafnaburgenſis his uerbis. Primus tunc in Palatio erat Adalbertus Bremenſis Archiepiſcopus, qui triumphatis æmulis ſuis, qui cum ante aliquot Annos de Palatio eiecerant, ſolus nunc Rege frueba-

Adalbertus Archiepiſcopus redit in Aulam Imperatoris.

fruebatur, receptus non modò in gratiam & familiaritatem, ſed penè in Regni conſortium & omnium quæ publicè uel priuatim agenda erant, ſocietatem. Ita Regem callidis ſubreptionibus ſuum fecerat. Sed is morbo & ætate exhauſtus cum diu per exquiſitiſſimas Medicorum operas morti obluctatus fuiſſet, quaſi naturam arte illudere poſſet, mediante quadrageſima XVI Kalendas Aprilis, debitum conditioni perſoluit, & pertinacibus odijs hominum, quod nunquam potuerat uiuendo, tandem aliquando ſatisfecit moriendo. Erat planè uir admirandæ compunctionis, & potiſſimum dum ſalutarem Deo hoſtiam immolaret, totus in lacrymas effluebat. Virgo quoq;, ut ferebatur, ab utero matris permanebat. Sed has in eo uirtutes nimium in oculis hominum, morum inſolentia & iactantiæ leuitas obfuſcabant. Corpus eius ex Goſlaria in ſedem Epiſcopatus ſui delatum atq; ſepultum eſt.

Adalbertus uirgo perpetuus, ut putabatur.

## CAPVT XXXV.

Deplorat Autor mortem Adalberti; quem ab hypocritis ſeductum conqueritur.

Fallax humanæ uitæ proſperitas.

O Fallax humanæ vitæ proſperitas. O fugienda honorum ambitio. Quid tibi nunc O venerabilis pater Adalberte, proſunt „ illa, quæ ſemper dilexiſti; gloria mundi; „ populorum frequentia; Electio nobilitatis? nempe ſolus „ iaces in alto Palatio derelictus ab omnibus tuis. Vbi autem ſunt Medici? Adulatores & Hypocritæ, qui te laudabant in deſiderijs animæ ſuæ? qui te iurauerunt coualiturum eſſe de hac infirmitate, qui te vſq; ad decrepitam ætatem victurum calcularunt. Omnes, vt video, ſocij menſæ fuerunt & receſſerunt in die tentationis. Soli remanſerunt inopes & peregrini, viduæ & orphani, atq; omnes oppreſſi, qui ſe tua morte fatentur eſſe deſolatos.

Deploratio mortis Adalberti.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Cum quibus & nos veraciter poſſimus affirmare, tibi neminem deinceps comparem fore in clementia & largitate peregrinorum, in defenſione Sanctarum Eccleſiarum, & reuerentia omnium Clericorum. Siue qui potentium rapinas, aut præſumptiones ſuperborum ita proſequatur. Poſtremo qui in diuinis humaniſq; prudentèr diſponens, paratior inueniatur ad omne conſilium. Si quid verò in moribus tuis reprehenſibile videbatur, hoc magis accidit ex eorum nequitia, quibus tu plus iuſtò credidiſti, ſiue quos inimicos propter veritatem ſuſtinuiſti. Illi enim tuum laudabile ingenium ſuis deprauantes inſidijs, à bono malum effecerant. Laus Adalberti.

Obijt autem clariſſimus noſter Metropolitanus Adalbertus XVII. Kalend: April: Indict. X. Hic eſt Annus Domini noſtri Ieſu Chriſti MLXXII. Alexandri Papæ XI. Henrici Regis quarti, XVII. Præter libros ſanctorumq; relliquias & veſtimenta ſacra ferè nihil inuentum eſt in theſauris eiuſdem viri. Quæ tamen omnia Rex accipiens, vnà cum præceptis Eccleſiæ, tulit etiam manum ſancti Iacobi Apoſtoli. Anno Domini 1072.

## CAPVT XXXVI.

Corpus Adalberti Bremam deportatur atq; honorificè ſepelitur.

Igitur

IGitur corpus Archiepiſcopi magno ſtupore totius Regni à Goſlaria Bremam portatum decimo demum die, quod eſt in annunciatione Sanctæ Mariæ, condigna populorum frequentia ſepultum eſt in medio Chori, nouæ, quam ipſe conſtruxit, Baſilicæ. Cum tamen affirmarint illum ſæpe anteà rogaſſe, vt ſepeliretur in vrbe Metropoli Hamburg, quam ſicut deceſſores ſui, omni ſemper amore cenſuit eſſe colendam.

Sepultura Adalberti.

Ibi namq; dum adhuc viueret, plærumq; totam æſtatem tranſigens, præcipuas ſolennitates, cum magna gloria celebrauit. Ibi promotiones Eccleſiaſticorum ordinum legitimis temporibus graui prorſus reuerentia ſæpius impleuit. Ibi tempus & locum, quo à noſtris Ducibus ſeu à proximis Slauorum gentibus, ſiue à cæteris Arctoæ gentis legatis, adiri poſſet, ex more conſtituit. Tantum honorem deſtructæ vrbi, tantumq; amorem habens exhauſtæ matri, vt in illa diceret impletum ſcripturæ vaticinium, quæ dixit: Lætare ſterilis, quæ non paris, quia multi filij deſertæ, magis quàm eius, quæ habet virum.

Adalberti amor in Hamburgam.

Eſaiæ 54.
Galat. 4.

## CAPVT XXXVII.

Confeſsio & pœnitentia Adalberti triduum priuſquam exſpiraret.

Ferunt

FErunt eum ante obitus ſui diem, vix tertium decubuiſſe, quod à lecto ſurgere nequiuerit. Nam tanta in viro fortitudo fuit, vt in grauiſſima corporis infirmitate, nunquam ab aliquo vellet ſuſtentari, nunquam emitteret vocem doloris. Cumq; iacens in extremis, horam vocationis ſuæ iam ſentiret imminentem, crebris iterauit ſuſpirijs. Heu me miſerum, inquiens, & infelicem, qui tantas inuanum largitiones conſumpſi. Potui verò eſſe beatus, ſi ea pauperibus diſperſerim, quæ pro gloria ſæculi diſtraxiſſe me doleo. Nunc autem illum adhibeo teſtem, cuius oculus intuetur abyſſi profunda, quod intentio cordis mei tota fuit pro exaltatione Eccleſiæ meæ, quæ licet mea culpa exigente, vel odio inimicorum præualente, nimis extenuata videatur: ſunt tamen amplius quam duo millia manſi, quos ex mea hæreditate vel meo labore gratulor adiectos Eccleſiæ. Quo ſapientis viri ſermone poteſt cognoſci, quia ſi peccauit in aliquibus, vt homo, ſæpe vt bonus homo pœnituit de erratis.

Pœnitentia ſera, utinam uera.

## CAPVT XXXVIII.

Archiepiſcopus de ſua aliquando ſuperbè gloriatus proſapia, Viſione mirabili ad mentem meliorem fertur reuocatus.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

CVius rei exemplum habeo vnum, quod in principio introitus ſui, cum eſſet vir ſuperbiſsimus, arrogantia ſua multos ſibi mortales fecit contrarios. Vnde & pro nobilitatis ſuæ gloria dixit vnum verbum, quod vtinam non dixiſſet: omnes ſcilicet Epiſcopos, qui eum præceſſerunt, obſcuros fuiſſe ac ignobiles: ſolum ſe generis & diuitiarum titulis excellere: porro dignum qui ſortiretur maiorem cathedram, vel ipſam ſedem Apoſtolicam. Talia non ſemel iactantem, viſio dicitur magna perterruiſſe, quam pro ſui magnitudine, cum & veracitèr nobis comperta eſſet, his adiungere non ſuperſedi.

Nobilitatis uana gloriatio.

Vidit igitur nocte intempeſta, ſe in conuentum Eccleſiæ raptum, vbi miſſarum ſolennia deberent celebrari, aſtantibus XIIII ſuis ex ordine deceſſoribus, ita vt proximus qui ante ipſum fuerat Alebrandus perageret illa, quæ ad miſſas fieri ſolent myſteria. Cumq; lecto Euangelio Sacerdos Dei ad ſuſcipienda offerentium munera conuerſus perueniſſet ad Dominum Adalbertum, qui ſtabat in vltimo Chori loco, mox toruis in eum luminibus intuens, oblationem eius repulit dicens: tu homo nobilis & clarus, non potes habere partem cum humilibus, & abſceſsit in hæc verba. Sanè ex illa hora pœnitens ſuper his quæ incautè protulit verbis, omnes ſucceſſores ſuos in ingenti veneratione habuit, ſeq;

Viſio mirabilis.

multis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*multis gemitibus teſtabatur indignum ſanctorum conſortio virorum. Vnde & mox ſtatuit per ſingulos anteceſſorum anniuerſarios dies de Bramſted conuiuia dari pleniſsima fratribus atq́; pauperibus, quod prius à penu Epiſcopi ſolebat exhiberi.* Bramſted.

## CAPVT XXXIX.

### Alia ſigna pœnitentiæ Archiepiſcopi.

*NAm & alia multa reliquit ſigna pœnitentiæ vel conuerſionis ſuæ, ex quibus hoc memorabile eſt, quod poſt vaſtationem Eccleſiæ, cum ſuperuiueret quinquennium, nunquam eſt balneis vſus, nunquam eſt hilaris viſus, rarò proceſsit in publicum, vel ad conuiuium, niſi ad Curiam iſſet, aut diei feſti neceſsitas popoſciſſet.* Signa pœnitentiæ Archiepiſcopi.

*O quotiens vidimus cum planctu faciem turbatam, ſi quando vaſtationis Eccleſiæ recordatus eſt, ſiue cum ipſos conſpexit vaſtatores. In die feſto natalis Domini, cum Magnus Dux adeſſet præſens, Itemq́; cum magna adeſſet recumbentium multitudo, tunc hilares conuiuæ pro ſua conſuetudine, finitis epulis, plauſum cum voce leuauerunt. Quod tamen non paruum diſplicuit Archiepiſcopo. Itaq; innuens fratribus noſtris, qui ſimul aderant, præcepit Cantori, vt imponeret Antiphonam, Hymnum cantate nobis: At verò Laicis denuo perſtrepentibus inchoari fecit:*

Suſtinuimus pacem & non venit. Tertio verò cum adhuc in populis vlularent, multum iratus leuari menſam præcepit, magna voce pronuncians: Conuerte, inquit, Domine captiuitatem noſtram, reſpondente Choro, ſicut torrens in auſtro. Ita ille nobis ponè ſequentibus, in oratorium recluſus fleuit amarè. Non ceſſabo à fletu, ait, donec iuſtus iudex fortis & patiens liberabit Eccleſiam meam; vel potius ſuam; quam videt contemto Paſtore miſerabiliter à Lupo diſcerpi. Impletum eſt enim deſiderium eorum, qui dixerunt; Hæreditate poßideamus ſanctuarium Dei, & quieſcere faciamus omnes dies feſtos, & diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltrà. Exurge quare obdormis Domine, & ne repellas in finem. Quia ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Miſerere noſtri, quoniam multum repleti ſumus deſpectione. Quoniam quem tu percußiſti, perſequuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Planctus Archiepiſcopi.

Pſal. 82.
Pſal. 73.
Pſal. 82.
Pſal. 43.
Pſal. 73.
Pſal. 122.
Pſal. 68.

Eo ipſo Anno, quo deceßit, quum poſtremũ Bremæ fuit, Liudgerum Decanum pro homicidio, cuius arguebatur, depoſuit.

Hæc & alia nos in illo compunctionis tempore lamenta, ſæpe contemplati ſumus, adeo vt Monachus fieri multotiens deſiderauit, aliquando etiam optabat, vt in Miniſterio legationis ſuæ, aut in Slauonia vel in Suedia, ſiue in vltima Iſland abire mereretur. Sæpe verò



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*talis erat voluntas eius, qui pro veritate vel decollari malle non dubitauerit, in Chriſti confeſſione. Cæterum nouit ille cognitor omnium ſecretorum Deus, ſi melior fuit in conſpectu ſuo, quàm apparuit coram hominibus. Homo namq́; videt in facie, Deus autem in corde.*

Homo uidet in facie, Deus in corde.

## CAPVT XL.

Lectorem rogat Autor, vt ſcripta ab ipſo breuiter congeſta boni conſulat, & dextrè vtatur.

Autor ad Lectorem.

*IGnoſce quæſo Lector, ſi tam diuerſi hominis, diuerſam Hiſtoriam diuerſo themate compagino, quam cum non potui breuiter aut dulcidè, vt ars præcipit, omnem operam dedi, vt ſcriberem veraciter, ſecundum quod ſcientia & opinio ſe habent in hac parte. Quamuis multa reticens, ad ea præſertim feſtinaui, quæ generaliter poſteris ad ſciendum ſunt digna, vel ſpecialiter ad retinendum Hamburgenſi Eccleſiæ vtilia.*

*Poſtremò ſi quæ ſunt, quæ auditori diſpliceant in malè geſtis & fortaſſe peius deſcriptis, ſummoperè te moneo & poſtulo, vt dum ſcriptorem vituperas, tu vicioſè dicta corrigas; dum illum, de quo ſcribitur, accuſas, in ſapientis viri caſu, tu cautior fias, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.*

Autor quemadmodum initio Hiſtoriæ Adalberti, de eius difficultate conqueſtus eſt, ita eidem nunc finem impoſiturus προεπιπλήττειν uoluit. Quod ipſi neceſſario faciendum uideo, quum ipſum uulgus ſuſpenſas etiam animaduertam, habuiſſe rationes iudicij de Archiepiſcopo, ita ut

partim eum uirum pium & integrum, partim ſecus cenſuerit, ſicuti patet ex ijs, quæ ſuprà rettulimus ex Schafnaburgenſi lib. 3 cap. 2.

## CAPVT XLI.

Adalbertus deuouerat Septentrionis terras circuire ac inuiſere, ſed ſuaſu Regis Daniæ illud oneris in alios reiecit.

IN legatione autem Hamburgenſis Eccleſiæ, quæ ad gentes fieri ſolet, quamuis magnus Pontifex Adalbertus vigilanter omnes ſuos deceſſores laboraſſe cognouerit; ipſe tamen magnificentius quàm cæteri, potentiam Archiepiſcopalem longè lateq́ in exteras protendebat nationes. Quamobrem tractauit ſedulo per ſeipſum ingredi legationem ſuam, ſi quam, nec dum conuerſus, poſſet gentibus afferre ſalutem, aut iam conuerſis addere perfectionem. Ad quod laborioſum iter peragendum ſolita gloriari cœpit iactantia. Primum fuiſſe Anſgarium; deinde Rimbertum: Poſtea Vnonem; ſe verò quartum Euangeliſtam poſtulari. Quia cæteros deceſſores ſuos viderit per ſuffraganeos, non per ſe tanto oneri inſudaſſe. Itaq́ iam certus eundi, vitam ſuam diſpoſuit talitèr finire, vt circumiens latitudinem Septentrionis, hoc eſt, Daniam, Suediam & Nordmanniam pertranſiens, inde ad Orchades extremamq́ orbis patriã Iſland poſſet attingere. Illi enim ſuo tempore & ſuo labore conuerſi ſunt ad fidem Chriſtianam.

*Euangeliſtæ Septentrionis.*

A cuius itineris profectione, quod iam publicè moliebatur



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

liebatur, dehortatu prudentiſſimi Regis Danorum, commodè reflexus eſt. Qui dixit ei Barbaras gentes, facilius poſſe conuerti, per homines ſuæ linguæ morumq́; ſimilium, quàm per ignotas, ritumq́; nationis abhorrentes perſonas. Itaq; nil illi opus eſſe, niſi vt ſua largitate & affabilitate redderet illos beneuolos & fideles, quos ad prædicandum gentibus verbum Dei paratos inueniret. In qua exhortatione Metropolitanus noſter Orthodoxo Regi conſentiens, ea largitate, quam in omnes habuit, multò indulgentius vti cœpit in Epiſcopos Gentium & Legatos Orientalium Regum. Quos tanta hilaritate ſingulos recepit, tenuit, dimiſitq́;, vt eum, poſthabito Papa, quaſi patrem multorum populorum, vltrò vniuerſi expetereut, ingentia viro munera offerentes, eiuſq́; benedictionem pro munere reportantes.

Barbaræ gentes facilius per homines indigenas conuertuntur.

## CAPVT XLII.

Adalbertus miſsis in Septentrionem Epiſcopis, Synodum in Dania celebrare conſtituit.

ARchiepiſcopus itaq; in legatione ſua talis erat, qualem & tempora & mores hominum mallent habere, ita affabilis, ita munificus, ita hoſpitalis erga omnes homines, vt paruula Brema ex illius magnitudine inſtar Romæ diuulgata, ab omnibus terrarum partibus catervatim peteretur, maximè à Septentrionalibus populis. Inter quos extremi venerunt Iſlandi, Gronlandi, Go-

Religio propagata in Septentrionem.

thorumq; & Orcadum Legati, petentes vt prædicatores dirigeret illuc, quod & ſtatim fecit. Nam & in Daniam, Suediam & Noruegiam, & in Inſulas maris ordinauit Epiſcopos multos; de quibus & ipſe gaudens dicere ſolebat: Meßis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meßis, vt mittat operarios in vineam ſuam.

Synodus in Dania celebranda.

Quorum ſpecioſa multitudine tandem exhilaratus Pontifex, primus omnium ſtatuit in Dania Synodum celebrare cum ſuffraganeis ſuis. Quoniam & temporis opportunitatem habuit, & quoniam illud Regnum ſufficientibus abundaret Epiſcopis, & quoniam multa corrigere neceſſe fuerat in noua plantatione; ſicut & in hoc, quod Epiſcopi benedictionem vendunt, & quod populi decimas dare nolunt, et quod in gula vel mulieribus enormiter omnes excedunt. Ad quæ omnia Romani Papæ fultus autoritate, Regiſq; Danorum promptißimum ſperans auxilium, magnificum prorſus, vt ſemper ſolebat, concilium fieri voluit, omnium Aquilonarium Epiſcoporum. Soli diutius expectabantur Tranſmarini; ea res hactenus Synodum remorate eſt, ad cuius rei fidem præſto ſunt Epiſtolæ, quas Papa in Daniam legauit Epiſcopis ad Synodum rebellibus, & ipſius Archiepiſcopi literæ alijs directæ. Ex quibus duarum Exemplar hic ponere duxi neceſſarium.

Caput

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# CAPVT XLIII.

## Exempla duarum Epiſtolarum, in quibus fit mentio celebrandæ in Dania Synodi.

*Alexandri Pontificis litteræ de Synodo in Dania conſtituenda.*

*ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Epiſcopis in Regno Danorum conſtitutis, Apoſtolicæ ſedi, & noſtro Vicario obedientibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hamburgenſis Epiſcopus venerabilis Vicarius noſter, literis & legatis ſuis conqueſtus eſt, quod quidam Edbertus Farienſis Epiſcopus, multis criminibus inuolutus, ad Synodum ſuam per triennium vocatus, venire contemſit, quod quia conſilio quorundam veſtrorum dicitur eſſe factum, mandamus & Apoſtolica autoritate præcipimus, vt ab huiuſmodi recedatis omnino conſilio; eumq; ad audientiam prædicti fratris noſtri ire admoneatis, quatenus poſt factam examinationem Canonicè iudicetur; & alia quibus ibi præcipitur, vt ei obediant & ſubiectionem exhibeant. Item alia.*

*Vilhelmus Epiſcopus Roſkildenſis.*

*Adalbertus ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis Legatus, nec non & vniuerſarum Septentrionalium nationum, Archiepiſcopus Hamburgenſis quoq; prouiſor indignus. W. Roſchildenſi Epiſcopo ſalutem. Ad Synodnm, quam apud Slaſuich celebrandam eſſe conſtitui, vos veniſſe, aut nuncium veſtrum miſiſſe,*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

grato perciperem animo. Sed de hoc aliàs; nunc autem fraternitatem veſtram latere nolo, quid moleſtiæ mihi Adaluardus Epiſcopus intulit, quem, vobis teſtibus, qui ordinationi eius interfuiſtis, Sictonienſis Eccleſiæ conſecraui Pontificem, quem dum barbara gens ſibi præeſſe noluit, Scarenſem Eccleſiam inuadere cœpit. Peto igitur vt nuncium meum, qui illuc iturus eſt, ad Dalbyenſem velitis Epiſcopum dirigere. Hæc habui de Synodo quæ dicerem, cum & alia multa ſint, quæ faſtidij cauſa omitto.

## CAPVT XLIIII.

Epiſcopi quos in Septentrionis Regna ordinarit atq; dimiſerit Adalbertus.

Epiſcopi Septentrionis.

IPſi verò quos Metropolitanus ad gentes ordinauit, plures ſunt; quorum ſedes & nomina didicimus ipſo narrante. In Daniam itaq; nouem conſtituit, Rotulfum ad Slaſuich, Oddonem ad Ripam, Chriſtianum ad Arhus, Heribertum ad Viburg, Magnum & Albrittum in Vendilam Inſulam, Edbertum in Fionem Inſulam & Falſtriam, Villelmum in Seland, Eginonem in Scaniam prouinciam. In Suediam vero conſecrauit VI. Adaluardum

Epiſcopi Daniæ.

Adaluardus ſenior præfectus eſt Gothiæ; iunior ad Vpſalam directus eſt. Simon ad Scricfingos. Iohannes ad Inſulas maris deſtinatus eſt, uigeſimus erat Ezzo, quem ordinauit in Slauiam.

& Acci-

*& Accilinum, item Adaluardum & Tadicum, nec non Simeonem atq; Ioannem. In Noruegiam duos tantum ipſe conſecrauit, Tholff & Siuardum. Cæterum aliunde ordinatos cum ſatisfacerent, & ſecum tenuit miſericordiтèr, & abeuntes dimiſit hilariter. Sicut Meinhardum, Oſmundum, Bernardum & Aſgotum, alioſq; multos præterea, Turolfum quendam poſuit ad Orchadas. Iſleph ad Iſland Inſulam. Sunt Epiſcopi quos ordinauit omnes XX, quorum tres abortiui extra vineam ocioſi remanſeruns, ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Quos vniuerſos glorioſus Archiepiſcopus decenti honore habens, ad prædicandum Barbaris verbum Dei, prece & præmio commendabat. Ita ſæpiſſimè vidimus eum IIII aut V ſtipatum Epiſcopis, prout ipſum audiuimus dicentem, abſq; multitudine eſſe non poſſe.* Epiſcopi Suetiæ. Epiſcopi Noruagiæ.

Non dubium eſt longè ante hæc tempora, habuiſſe Noruagiam atq; Inſulas hic nominatas, Epiſcopos & uerbi diuini Miniſtros, quibus ad fidem Chriſti earum incolæ conuerſi ſunt. Recipientibus enim in Anglia Chriſtianam Relligionem, Anglis aduenis, quemadmodum Beda in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica indicat, ad ὁμογλώττους & conſanguineos populos eam curarunt propagari. Et fuit quoq; frequens cum Anglis Noruagorum propter uicinitatem commertium atq; adeo ipſi Reges Noruagiæ in Britanniam liberos ſuos educandos tranſmiſerunt. Beda in Hiſtoria Eccleſiaſtica Anglica.

## CAPVT XLV.

Epiſcopi tres præcipui, qui frequentiſsimè aderant Adalberto.

CVm verò eos à ſe dimiſerat, ſolito moleſtior videbatur propter ſolitudinem, nunquam tamen carere voluit vel tribus, quorum frequentiſſimi erant Tanguard de Brandeburg, vir ſapiens, & Comes Epiſcopi etiam ante Epiſcopatum.

Epiſcopi familiares Archiepiſcopo.

Alter erat Ioannes quidam Scotorum Epiſcopus, vir ſimplex & timens Deum, qui poſtea in Slauoniam miſſus, ibidem cũ Principe Gotheſcalco interfectus eſt.

Tertius Bonno nomen habuit, incertum vnde natus, aut vbi ordinatus, qui ſe tamen peregrinationis amore Ieroſolymam ter acceſſiſſe iactabat, indeq; Babyloniam deportatum à Saracenis, tandemq; ſolutum, multas per orbem tranſiſſe Prouincias. Hos tres, cum non eſſent eius ſuffraganei, comperimus, eum, quod ſedes proprias non haberent; maiori fouiſſe clementia.

## CAPVT XLVI.

Fides & obſeruantia Archiepiſcopi in ſedem Romanam pariter & Curiam Imperialem.

EOdemq; ſtudio benignitatis vtebatur erga Romanæ ſedis Legatos. Quorum clientelem & contubernium in ſummo coluit amicitiam loco; paritèr gloriatus ſe duos tantum habere Dominos, hoc eſt Papam & Regem, quorum Dominio iure ſubiaceant omnes ſæculi & Eccleſiæ

poteſta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

poteſtates; illos nimirum ſibi eſſe timori & honori. Apparuit hoc in fide viri, quam ita integram ſeruauit vtriſq́, vt autoritate Apoſtolicæ nihil proponens, antiqui honoris Priuilegia ſedi Apoſtolicæ contenderet integra ſeruari debere, eiuſq́ Legatos ſummo recipiendos honore cenſeret. Duabus ſedere ſellis.

Maieſtatem vero Imperatoriam quanti faceret, Epiſcopatus eius teſtis eſt, ideò vel maximè deſtructus, quod à fidelitate Regis ſui nec minis, nec blandimentis Principum reſcindi potuit. Formidoloſa eſt enim malis, Regis poteſtas. Vnde etiam in Regno frequentes fieri conſpirationes ſolent. Quibus ipſe tamen nec in verbo communicare vnquam voluit. Pro cuius fidei merito, à Rege quidem vt maior domus in Palatio conſtitutus, dono eius multa bona lucrabatur, Bremenſi Eccleſiæ, de quibus plenius ſuprà dictum eſt.

A Papa verò meruit hoc dignitatis Priuilegium, vt totum ius ſuum, Dominus Apoſtolicus in illū transfunderet ſucceſſoreſq́ eius: adeò vt ipſe per totum Aquilonem, in quibus locis opportunum videbatur, ſæpe inuitis Regibus Epiſcopatus conſtitueret, ordinaretq́ Epiſcopos ex Capella ſua, quos vellet electos. Quorum ordinationes vel ſedes, quoniam hucuſq́ diſtulimus, non incongruum videtur, ſimul etiam de ſitu Daniæ, vel reliquarum, quæ trans Daniam ſunt, Regionum natura, ſcribere.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# EPILOGVS,

## Quo Autor, & ſe, & Hiſtoriam ſuam, denuo Archiepiſcopo LIEMARO, ſubmiſſè commendat.

*SVſcipe magne tui Præſul munuſcula ſerui,*
*Quæ tibi & Eccleſiæ fert pleno cordis amore.*
*Parua quidem ſunt hæc, & vix, me iudice, digna*
*Quæ poſſent occulis, relegenda placere Catonis.*
*Nam cum Rhetoricis ſermones floribus ornes,*
*Cum tua lingua ſacræ ſit clauis Bibliothecæ,*
*Cum diuina Patrum ſcrutere volumina cautis*
*Indiculis, quid verba putem tibi balba valere.*
*At cum multa Deo placuiſſent dona potentum,*
*Sæpè minuta duo viduæ laudata memento.*
*Et confido etiam, quod commendatio ſcripti,*
*Carior inde tibi maneat, dum nil ibi fictum,*
*Externumq́ vides, ſed quæuis pagina veram*
*Eccleſiæ laudem canit Hiſtoriamq́ Bremenſem.*
*Omne decus ſponſi eſt vbi fertur gloria ſponſæ,*
*Cumq́ per innumeros librorum currerim agros*
*Scire decet quod vbiq́ legis totum eſſe aliorum:*
*Iſte liber tuus eſt, totuſq́ reuoluitur in te,*
*Tempus ad vſq́ tuum perducens acta priorum.*
*Ergò faue votis, parce & iuuenilibus auſis.*
*Effice quæſo tuo ne ſpes foret irrita ſeruo,*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Qui pro laude tua non erubet eſſe Poëta.
Nempe tibi fateor venerabilis & bone Paſtor,
Si benè non potui, certè veracia ſcripſi,
Teſtibus his vtens, quibus hæc notiſsima res eſt.
Nec mihi ſcribendo laudem vel munera quæro,
Quippe placere tibi reor hoc ſatis eſſe labori.
Tum perpendo tuo non eſſe ignobile Clauſtro,
Quod minimus fratrum perfecit maxima rerum,
In quibus Eccleſiæ lucent primordia noſtræ,
Arctoumq́ſ ſalus populorum ſcripta tenetur.
Tempus erit quo facta tuæ celeberrima laudis,
Aut nos aut aliquis ex docta plebe tuorum
Pangemus maiore lyra, ſi vita ſuperſtes.
Quamuis nota ſatis pateant tua geſta per orbem,
Quæ & ſine Scriptore vulgabit fama perennis.
Quem tua præteriјt, felix electio, qua te
Priſco more Patrum, Paſtoris nomine dignum,
Electumq́ Deo prodebat Spiritus index,
Cuius tunc Feſtum recolebat turba fidelis?
O quantis lacrymis populi te vidimus emtum,
Dum prius oppreſsi votis communibus omnes
Te talem cuperent, immò longè meliorem,
Quam ſpes vlla foret, vel noſtra fides meruiſſet.
Tu ſolus duram populi à ceruice cathenam,
Faſciculoſq́ graues, ab onuſta plebe repellens,
Afflictæ gentis mærorem in gaudia vertis.

Tu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Tu Clerum iniuſta raptorum fraude grauatum,*
*In ſua reſtituis, tu nos errore veterno*
*Eximis, atq; ſuo reddis ſacra Templa decori.*
*Tu pacem terris antiqua lite fugatam,*
*Eccleſijs reuocas, iam tertia prælia ſurgunt*
*Et diſcordantes tu iungis ad oſcula mentes.*
*Si quid adhuc ſupereſt, quod gaudia publica turbat*
*Per te ſedari tribuat Deus, adijciatq;*
*Vt Brema atq; Hamburg per te redimi mereantur,*
*Quæ diuturna ſui flent tempora carceris ambæ,*
*Hæc à Paganis oppreſſa, ſed illa Tyrannis.*
*O Liemare Pater, faueat tibi gratia Chriſti,*
*Noſq; tuæ pecudes, tibi corde & voce fauemus.*

*F I N I S.*

CATA.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# CATALOGVS ARCHIEPISCOPORVM ECCLESIÆ BREMENSIS ET HAMBVRGENSIS, Quorum vitæ Hiſtoria, his libris quatuor conſignata eſt.

PRimus omnium, qui Auſtrales Germaniæ plagas ad ueram Chriſtianæ Relligionis cognitionem adduxit, VINIFRIDVS erat, natione Anglus; cui poſtea ex uirtute cognomen inditum eſt BONIFACII. Is primùm, ut fertur, Archiepiſcopus Moguntinenſis deſignatus, ad extremum in Saxoniam deſcendens, ubi aliquot ibi Annos docuiſſet, cum alijs quibuſdam Chriſtianis, numero quinquaginta, Martyrium ſubijt, Anno Chriſti DCCLV.

| ARCHIEPISCOPI BREMENSES | Deſignatus Anno Chriſti | Sedit Annos | Obijt Anno | Obijt Die Menſe | Eius fit mentio Libro | Capite |
|---|---|---|---|---|---|---|
| I. VILLEHADVS | 788 | 2 | 790 | 6 Id: No: | I. | 9. 10. 11. |
| II. VILLERICVS | 805 | 34 | 939 | 4 N: Maij ſepultus. | I. | 12. 17. 19. |
| III. LEVDERICVS | 839 | 8 | 847 | 8 Cal: Sept: | I. | 20. |

Poſt tempora Leuderici uacauit aliquandiu ſedes Bremenſis uſq; dum Hamburgenſi unita eſt ſub Anſgario. Ab eius temporibus tantiſper dicti ſunt Archiepiſcopi Hamburgenſes, donec ſedem Bremenſem occupauit Liemarus; poſt cuius obitum, manſit in hodiernum ſæculum apud ſucceſſores loci, eiuſdem tituli uſurpatio & dignitas.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

| ARCHIEPISCOPI HAMBVRGENSES. | Deſignatus Anno Chriſti | Sedit Annos | Obijt Anno | Obijt Die Menſe | Eius ſit mentio Libro | Eius ſit mentio Capite |
|---|---|---|---|---|---|---|
| IIII ANSGARIVS qui primum Hamburgenſi | 831 | 16 | | | 1. | 15. 16. 17. 18. 20. |
| Deinde Bremenſi Eccleſiæ | 847 | 12 | | – | 1. | 14. 25. |
| Poſtremò facta unione utriq; præfuit. | 859 | 34. H. 18. B. | 865 | 3 Non. Feb. | 1. | 24. 25. |
| V. RIMBERTVS | 865 | 23 | 888 | 3 Id: Iun: | 1. | 32. 33. 35. 38. |
| VI. ADALGARIVS | 889 | 20 | 909 | 7 Id. Maij | 1. | 41. 42. 43. 44. |
| VII. HOGERVS | 909 | 7 | 916 | 13 Cal: Ian: | 1. | 44. 45. 46. |
| VIII. REGINVARDVS | 916 | 1. | 916 | Cal: Oct: | 1. | 47. |
| IX. VNNI | 917 | 18 | 936 | 15 Sept: | 1. | 48 |
| X. ADALDAGVS | 936 | 53 | 988 | 4 Cal: Maij. | 2. | à cap: 1. uſq; ad 10 |
| XI. LIBENTIVS PRIMVS. | 988 | 25 | 1013 | Prid: Non. Ian: | 2. | à cap. 1. ad 33. |
| XII. VNVANVS | 1013 | 16 | 1029 | 6 Cal: Feb: | 2. | à cap. 33 ad 45. |
| XIII. LIBENTIVS SECVNDVS | 1029 | 4 | 1032 | 8 Cal: Sept: | 2 | à cap: 45. ad 50. |

HERMAN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| XIIII. HERMANNVS | 1032 | 3 | 1034 | 4 Cal: Octob: | 2. | 50. |
| XV. BEZELINVS ſeu ALEBRANDVS | 1034 | 10 | 1043 | 17 Cal: Maij. | 2. | à cap. 51. ad finem libri .2. |
| XVI. ADALBERTVS | 1043 | 30 | 1072 | 7 Cal: Aprilis. | Toto libro Tertio & Quarto. | |
| XVII. LIEMARVS. | 1072 | 30 | 1101 | 16 Cal: Iunij. | Initio primi & calce quarti libri. | |

*Iſte hic Liemarus eſt; cui Autor noſter, Hiſtoriam ſuam, ad eius gubernationis initia, continua ſerie deductam, inſcripſit. Huius Temporibus, qui hactenus Hamburgenſes, iam deinceps Bremenſes Archiepiſcopi denuo nuncupari cœperunt. Cui mutationi occaſionem dedit potentiſſimus Rex Daniæ* ERICVS CYPRIVS. *Qui pertæſus Imperii Archiepiſcopi peregrini, proprium accepit, cui in Eccleſia Scaniæ Lundenſi ſedem attribuit. Affirmabat enim, quod res eſt, commodius edoceri populum, per ſuæ nationis homines, qui linguam, mores & Ingenia, in quaq; gente norunt; quam per alienigenas, quibus ad declarandum animi ſenſa, aut opus ſit interprete, aut longa alioquin uerborum circuitione. Ita excuſſo Imperioſæ non Matris aut Metropolis, ſed Nouercæ potius iugo; recepit ſe illa, in antiquas ſedes, nomenq; uſurpando ſuetum, in Auſtrum conuerſa, Boream reſpicere deſiit.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# GENEROSO VIRO, VIRTV-TE, ERVDITIONE AC SAPIENTIA excellenti, Dno: HARALDO HVITFELD, Domino de Lillø, Sereniſsimo Regi Daniæ à Secretis, fautori ſuo, reuerenter colendo.

TArdius ego T. H. litteris, Haralde amantiſsime, reſpondeo, quàm aut debui, aut volui. Quid in cauſsa fuerit, credo teipſum coniectura facilè aſſequi. Excrucior Animi luctu acerbiſsimo, neq; quidquam vſpiam ſolidi circumſpicio ſolatii, niſi quando animum à vanitate & miſeriis exilii huius terreni, penitus ad municipium æternitatis abduco, atq; in eius contemplatione defigo. Quod dum facere ſatago, ea ſtudiorum aſſuetudine, qua prius oblectabar vehementius, iam afficior minus aut certè moderatius. Ita mecum lugere vniuerſum meum Muſarum theatrum, ſi adeſſes, videns obſtupeſceres. Pertingit hoc malum, ad Hiſtoriam, de qua ſcribis, noſtram Bremenſem, quæ in Officina Typographica planè inſtar parturientis quaſi ὠδίνει. Cœptum eſt in ea aliquid cudi, &, vt ſpero, antequam ad nos recurratis, vobis fiet illa obuia.

Venere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*Venere ad meas manus, poſt veſtrum diſceſſum, Antiquitatis quædã monumenta, non contemnenda, quæ, quum ad littus tanquam naufraga fluitarent, atq; vt ſubleuarentur, me reſpicerent, in continentem ſubduxi, & diſſoluta compingere, vt corpus aliquod induant, paullatim laboro. Fuerunt etiam ex amicis & neceſſariis meis, qui me in hoc grande infortunium, amiſſæ vnicè dilectæ Coniugis, depreſſum, deſerendum deforme putarunt, atq; vt fidem & officium in me erigendo declararent, alia item quædam ſuppeditarunt eius generis monumenta, quibus me ante hoc multò triſtiſsimum tempus delectari cognouerant, vt eorum lectione ac tractatione mentem ſubciſiuè reuocarem à luctu. Verum eam iam non admittit medicinam, vulnus propemodum lœthale. Diſtædet enim vitæ, poſtquam ſummo bono, in quo omnes, poſt Deum, meæ vitæ, dilitiæ repoſitæ erant, exutus ſum. Cœpi hac æſtate opus Chronologicum, difficile quidem, & prolixum, quod, Deo volente, in his meæ ſolitudinis hybernis, ni quid grauius obſtiterit, conſummabo. Interea quod T. H. communicem, non habeo, tantiſper dum aut coràm colloqui detur, aut me in ſpem erigat meliorem, is*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*qui ex tam ampla & ipſi vitæ præferenda, recens deiecit. Communicabuntur profecto T. H. mi Haralde, à me mea iſtius generis, quod petis, omnia, idq; ea, qua hactenus factum eſt, facilitate & beneuolentia. Nam mihi quin ſuppetat de quo ſcribam non vereor. Præcurrat qui volet, nobis priorum veſtigia legentibus, quod caſtigemus & ſupplebimus, erit plus ſatis. Quod ſi quiſquam erit, qui nos etiam ſubſequi volet, næ iſte multa reperiet, in quibus ingenium cum laude exercere valeat. Sunt interna, ſunt externa gentis noſtræ geſta antiquiſsima, quorũ vtralibet eligas deſcribenda, Prouintiam ſuſceperis grauiſsimam. Antiquariis non deerunt priſci ſæculi monumenta ampliſsima, & habet quoq; noſtrum æuum in promtu, quo fatigare poſsit ingenia, ſi quæ ſunt, quæ recentiori delectentur rerum geſtarum memoria. De his egi paullo fuſius in Cõmentario meo, de ratione ſcribendæ Hiſtoriæ patriæ, quod nuper ante profectionem veſtram, obtuli Dn: Cancellario.*

*Porro autem, quod de ſocero meo dilectiſsimo, M. Iohanne Suaningio, tuæ attingunt litteræ, quem putas poſthac me mihi minus addictum habiturum, neſcio quid me iactare aut efferre audeam. Ego illum*

lum atq; vniuerſam ipſius familiam, quin perpetua fide ſyncerè colam, non comittam. Et receperunt illi viciſsim, ſe mihi parentum loco futuros, vſq; dum ipſi viuant, & credo, quæ illorum eſt hominum grauitas et conſtantia, non omnino eos me ita grauiſsime afflictum deſerturos. Ad Hiſtorica ipſius ſchediaſmata quod attinet, neq; ego vnquam aſtutè quidquam ab eo mihi vindicaui, neq; id in poſterum mihi factitandum autumo. Vtinam modo iſtius optimi ſenis labores, tum ipſius, tum noſtræ de iis iamdudum conceptæ expectationi reſpondeant. Mutantur tempora, mutantur ſtudia & animi mortalium. Habet iſtas ſecretas & mirabiles Natura reuolutiones ac viciſsitudines. Manet ſuus cuiq; labor & gloria. Quocirca vt maximè in hoc noſtrum ſæculum, tot nobis corriualibus, reuoluta videatur ſcribendæ Hiſtoriæ patriæ periodus fatalis, metuendum non eſt, quin affatim cuiq; ſuppetatur, in quo elaborans oleum minimè perdere poſſit et operam. Separant equidem & ſociant ſe ſæpenumero clari operis capacia ingenia in ſimilitudinem temporum & profectuum; nihilominus tamen hoc peculiare habent, ea quæ ſunt generoſiora, æmulatio-

ne vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

*ne vt alantur, vſq; adeo, vt nunc Inuidia, nunc admiratione accenſa: aut ſumma petere ac ſuperare; aut ſi ea deſperent, iis relictis, quærant noua, proq; eo, in quo eminere non poſſunt, aliud in quo excellant, arripient, &c. Sed veniam ad illud, quod poſtremum tuæ continebant litteræ, de meorum videlicet mihi propoſito laborum præmio, de quo cautum iam exiſtimas, ne illud mihi præripiatur. Agnoſco tuam, hac in re, ſolicitudinem amicam, cui vt reſpondeat animus memor & gratus, annitar ſtudioſiſsimè. Ego quod poſtulaui, nullius cum iniuria aut moleſtia mihi concedi volebam. Eo enim ſum animo, vt non tam curæ mihi ſit, vnde viuam, quàm vt ita viuam, ne me bene viuendi, & imprimis bene merendi de patria, ſuſpenſas habuiſſe rationes agnoſcat poſteritas. De his apud T. H. Dne: Haralde, ita iam egi confidentius, quæ æqua mente a te accipi ſpero, aut potius ſumma, qua par eſt, contendo ſummiſsione Animi. Vale. Hafniæ 24 Octobr. Anni MDLXXVIII.*

T. P.

*addictiſs.*

*Andreas Velleius.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

# INDEX RERUM MEMORABILIUM,

*Quas numerus prior ſingulis Libris, alter ſingulis Capitibus comprehenſas, monſtrat.*

## A.

Acutè dictum II. 29. Adaldagus II. cap. 1. & 6. & 7.
Adalgarius I. 32. 39. 42.
Adaluardus Suecorum Epiſcopus III. 15, 17.
Adalbertus lib. III. & IIII. Eius laus, III. 2. Eruditio & ambitio III. 3. Simultas cum Duce Saxoniæ III. 6. Præſidia aduerſus Ducem III. 7. Reconciliatio cum Rege Daniæ III. 20. Adminiſtrat Imp: Rom: pro Henrico puero III. 36. Ad ſæculi ſe conuertit ſtudia III. 39. Cauſsæ octo mutationis morum in eo III præfat: redit in curiam Imp. IIII. 24. Suſpectus ob Magiam IIII. 28. Mors inopina IIII. 34. Sepultura IIII. 36.
Adamatus Medicus prædicit Archie: mortem IIII. 33.
Adelradus Rex Angliæ II. 25. Adulatores III. 40 & 41.
Aedes Trinitatis Roſchildiæ, hodie templum Lucij II. 18.
Agnes Imperatrix IIII. 4.
Aimoinus Hiſtoricus Gallus I. 15. Albis fluuius, II. 13.
Aldinburgenſis primus Epiſcopus II. 8.
Aldinburga II. 30. Alebrandus qui & Bezelinus II. 63.
Alexandri Papæ litteræ ad Haraldum Regem Noruagiæ III. 19. Item ge Synodo in Dania celebranda IIII. 43.
Alfuardus martyr in Nordmannia IIII. 16.
Anglia Cimbrica I. 3. Anglia et Friſia Danis ſubiecta I. 35
Anglia denuo Danis ſubijcitur II. 15. 36.
Angliæ Regum ſeries II. 37.
Anglia Suenoni Regi Daniæ tributaria III. 12.
Angli deficiunt à Danis, III. 14.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Annulo Rex Daniæ idem qui Ringo I. 14.
Anundus Rex Suetiæ dictus Iacobus II. 41.
Anſuerus Monachus lapidib. obrutus ad Rinsborg IIII. 11.
Anſgarius venit in Saxoniam I. 15.
venit in Daniam & Suetiam I. 16. & 18. redit tertio in Daniam I. 25. eiuſdem aſsiduitas & obitus I. 31.
Anno Archiepiſcopus Colonienſis III. 36.
Antichriſti Romani notæ III. 8. Amazones III. 17.
Archiepiſcopatus in Dania III. 34.
Arnulphi Imp: exitus tragicus I. 42.
Aſa ſoror Odinchari albi II. 46.
Aſcomanni piratæ irrumpunt in Friſiam II. 22, 23. 56.
Auako ſecundus Sielandiæ Epiſcopus II. 46.
Auguria Saxonum I. 6. Auſpicia ibidem & III. 41.
Autmarus annalium Caroli Magni autor I. 13.
Autor huius operis III. 4. de eo habes plura in Præfatione.

B.

Barbaræ gentes per indigenas facilius cõuertuntur IIII. 41
Benedictus Papa Hamburgam deportatus II. 5.
Benno Dux Saxoniæ II. 14. & 31.
Bernardus Dux Saxoniæ illudit Duci Slauiæ II. 30.
Bezelinus Archiepiſcopus II. 51. & 62.
Birca oppidum Suetiæ I. 25. & 50. & 52.
Blondus Hiſtoricus II. 47. Bluſſo Slauiæ Dux IIII. 13.
Bonifacius qui & Vinifridus, primus Saxoniæ Euangeliſta & Martyr I. 8.
Bonno Abbas Corbeienſis I. 35. Bramſted IIII. 38.
Brema donata immunitate II. 1. muro circumdata II. 24. eius Eccleſia fundata à Carolo Magno I. 10. eius vnio cum Hamburgenſi I. 24. & 27. vaſtatur I. 46. munitur II. 33. habet Comitatus ſub ſe tres IIII. 5.

Cano.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

C.


Canonicorum olim quæ officia II. 34.

D. Canutus Rex & Dux IIII. 12.

Canutus Magnus Rex Daniæ, dictus Lambertus ſubijcit ſibi Angliam II. 36. & 37. eius cum Cæſare affinitas II. 47. eiuſdem humilitas & factū memorabile. ibid:

Canutus durus Rex Daniæ & Angliæ II. 54. & 57.

Canutus Valdemari F. I. 7.

Carolus Magnus I. 7. & 12. & 13.

Caſtrum latronum prope Hamburg euerſum III. 27.

Caſus præteritorum faciunt cautos in futurum I. 10.

Chronica Noruagica II. 29.

Cimbriæ Epiſcopi II. 31.

Circipani Slauiæ populi III. 24.

Colloquium Imp. & Regis Daniæ IIII. 25.

Cometa viſus IIII. 14.

Coniugia Sacerdotum III. 31.

Conradus Imp. petit filiam Regis Daniæ pro filio II 39.

Corbeia Saxoniæ I. 15. IIII. 4.

Crodo Idolum I. 6. Curioſitas III. 35.


D.


Damna morum maiora damnis bonorum II. 61.

Dania accipit Epiſcopos II. 2. accipit partem Friſiæ ab Imp. I. 15.

Daniæ Regum genealogia I. 33. & 44.

Dani Saxoniam vaſtant I. 47. Nordmannorum cenſentur nomine I. 13. an victi ab Imp. Henrico. I. 48. vincunt Noruagos II. 29. amittunt Angliam II. 57.

Daneuircke I. 13.

Decius frater Archiepiſcopi Adalberti, Dux Bauariæ, cæſus à Preſbytero IIII. 18.




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Deſperatio facit Monachum IIII. 17.
Diſcidium inter filios Imp: Ludouici I. 22.
Doctor Ericus Hiſtoricus Suecus IIII. 15.
Duabus ſedere ſellis IIII. 46.
Duces Saxoniæ II. 14. Duellum II. 9.
Duo fratres Bohemi Martyres in Slauia IIII. 23.
Duodecim Epiſcopatus faciunt Patriarchatum III. 34.
Duſsborg IIII. 24.

E.

Ebbo Remenſis Legatus ad gentes Septent: I. 14. 15. 18.
Eccleſiæ primæ in Slauia. II. 2. 17.
Eduardus priuignus Canuti Magni, Rex Angliæ II. 57.
Eginhardus Hiſtoricus I. 4 & 7.
Emma nobilis & deuota II. 49. & 60.
Emund ſenior Rex Suetiæ III. 15. & 17.
Enarus Tambaſkelmirus Sagittarius Noruagus II. 29.
Epiſcopi German: primi I. 8. Epiſcopi Septent: IIII. 44.
Epiſcoporum priſci ſæculi aſsiduitas I. 52.
Epitaphium Haraldi Regis Daniæ II. 19.
Epitaphium Suenonis Magni Regis Daniæ III. 12.
Ericus puer Rex Daniæ conuerſus ab Anſgario I. 25. 28.
Ericus victorioſus Rex Suetiæ I. 44.
Erimbertus Euangeliſta Suetiæ I. 26.
Error in Beda correctus I. 3.
Euangeliſtæ Septentrionis IIII. 41.
Exitus miſerabilis Pontificis & Imp: Rom: I. 42.
Ezico ſucceſſor Popponis in Cimbria II. 46. & 50.

F.

Fames magna IIII. 22.
Famulus Domino præfertur in Archiepiſcopatu I. 47.
Filiæ Regis Ruthenorum nubunt magnis Regibus III. 13.

Filij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Filij naturales æquantur legitimo thoro natis, in adeundis hæreditatibus II. 54.
Fœdus inter Imp. & Regem Daniæ III. 20.
Fridericus Palatinus Rheni, frater Archiepiſcopi Hamburgenſis IIII. 28.
Friſiæ deſcriptio I. 10.
Friſonum ingens clades II. 22.

G.

Gundbertus nepos Ebbonis, ordinatus ab Anſgario in Suetiam I. 18.
Genealogia Regum Suetiæ IIII. 15. et Ducum Saxoniæ IIII. 2.
Gerbrandus primus Sielandiæ Epiſcopus II. 38.
Giutha Regina Daniæ, repudiata à Suenone III. 16.
Godefridus Rex Daniæ I. 13.
Godeſcalcus Dux Slauiæ II. 48. Strenuus propagator Euangelij III. 22. & 21. fit Martyr IIII. 11.
Gormo Rex Daniæ I. 48. & 49.
Gotafrid & Sigafrid Reges Daniæ I. 40.
Gotebaldus Anglus Epiſcopus Scaniæ II. 29.
Goſlaria iure municipali donata III. 30.
Griphus Rex Hyberniæ III. 14.
Gronlandi accipiunt Epiſcopos III. 26.
Groninga IIII. 24.
Guilelmus nothus Rex Angliæ IIII. 14.
Guilelmus Neubrigenſis Hiſtoricus Anglus IIII. 14.
Gunilda coniunx Haraldi Regis Daniæ II. 19.
Gunilda filia Canuti Magni Regis Daniæ, nupta Henrico Imp. dicta Chunigunda, ſuſpecta immeritò marito IIII. 14.
Gyldenſtiernorum nobilium Danicorum familia II. 16.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

## H.


Hamburga creſcit paruis initijs, & accipit primam Eccleſiam I 12. vaſtata ſæpius à Danis Nordmannis & Slauis III. 28. reſtauratur II. 52. munitur III. 27. ſita eſt in Prouintia Sturmariorum III. 27.

Haquinus Rex Noruagiæ II. 15.

Haraldus pulcricomus primus Rex Noruagiæ II. 15.

Haraldus durus Rex Noruagiæ III. 13. & 18. & 19. idem cæſus eſt in Anglia IIII. 14.

Haraldus Klag rerum potitur in Dania I. 14. 15.

Haraldus Blaatand Rex Daniæ I. 49. & lib. II. 14. 18. 19.

Haraldus quidam ex ſanguine Regum Daniæ cæſus à Duce Ordolpho II. 58.

Hector Boetius de rebus Danicis II. 25.

Helingſtad I. 19. Helſingburga II. 29.

Helmoldus Hiſtoricus III. 24.

Hemmingus Rex Daniæ I. 13.

Henricus quidam Martyr apud Sueones IIII. 16.

Hermannus Biling II. 4.

Hermannus Archiepiſcopus Hamburgenſis II. 50.

Hierarchia Eccleſiaſtica vetus & noua, de qua habes in Præfatione multa.

Hogerus Archiepiſcopus I. 43. & 45.

Holſati II. 8. Holingſtede I. 13.

Homo videt in facie, Deus in corde IIII. 39.

Hoſpitalitas III. 42.

Hungari vaſtantes Eccleſias, puniuntur I. 46. & 47.


## I.


Iodutte columna apud Saxones I. 6.

Iohannes Scotus Martyr in Slauia IIII. 12.

Iohannes XII. depoſitus II. 5.


Ippo


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Ippo Martyr in Slauia III. 2. Irmindſule I. 6.
Iſlandi accipiunt Epiſcopos III. 26.
Iumne vrbs antiqua, populoſum Emporium Slauiæ II. 12. & 18. & 13.
Iutland II. 32. & 34.

L.

Lanfrancus Philoſophus in Anglia IIII. 14.
Lambertus Schafnaburgenſis III. 36.
Largitiones noxiæ IIII. 10. Laureſſa IIII. 4 & 26.
Leges coniugales Saxonum I. 5.
Libentius I. Archiepiſcopus II. 20. & 32.
Libentius II. Archiepiſcopus II. 45. & 49.
Libertas III. 44. Liſmona IIII. 4. Liusbierg II. 46.
Liutbrandus Hiſtoricus I. 48.
Locus in Saxone reſtitutus II. 21.
Locus mendoſus I. 40. & lib. II. 21.
Locus obſcurus in annalib. Caroli Magni explicatus. I. 14.

M.

Magdeburga condita ad Albim I. 7.
Magnus Rex Daniæ & Noruagiæ II. 58.
de eius obitu III. 12.
Marchio Sigafridus vexatus à maligno ſpiritu II. 22.
Martyres innumeri in Dania & Slauia II. 31.
Maſſa auri ingens IIII. 14.
Mendacibus etiam vera dicentibus nulla adhibetur fides III. 40.
Miracula ad tumulum Haraldi Regis Daniæ II. 19.
Miſtiuoi Princeps Slauiæ II. 30.
Moderata durant IIII. 7.
Monomachus Imp. Orientis III. 33.
Moriens obliuiſcitur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei (IIII. 33.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Mutationes in Regno Suetiæ IIII. 15.
Mutationes in Anglia IIII. 14.

N.

Neapolitani Regni origo II. 38.
Neptuni triplex natura II. 12.
Nidroſia ſeu Throndemis Metropolis Noruagiæ III. 18.
Nienburg Hamburgæ III. 28.
Nobilitas vera III. 42. Nobilitas vana IIII. 38.
Nordmannici nominis terror II. 24.
Nordmanni piratæ I. 21.
Nordmanni vaſtant Galliam I. 28. & vrbes primarias Germaniæ I. 38. repreſsi ab Imp. Arnulpho I. 40.
Noruagi victi à Danis II. 29.
Noruagiæ primi Epiſcopi II. 40.
Notæ Antichriſti Romani III. 8.
Nothebaldus Magus IIII. 28. & 33.

O.

Oceanus Orientalis II. 9.
Oddera II. 13.
Oddor Præpoſitus Aldinburgenſis conſanguineus Regis Daniæ II. 30.
Oelandia I. 50.
Olaus Trucconis Rex Noruagiæ baptizatur II. 27. victus à Rege Daniæ II. 29. vnde nominatus ibid.
D. Olaus Rex Noruagiæ II. 36. & 40. & 43.
Olaus Kyrre Rex Noruagiæ ducit filiam Regis Daniæ IIII. 16.
Olaus Rex Suetiæ II. 41.
Ordulphus Dux Saxoniæ IIII. 1.
Orcades adiectæ imperio Noruagico III. 18. Accipiunt Epiſcopos III. 26.


Oſmun-

Oſmundus Epiſcopus Suetiæ III. 15.
Ottinkarus Huide ſenior ex ſtirpe Regia Danorum II. 16.
idem ſonat eius nomen quod Iedidia ibidem & II. 26.
Ottinkarus iunior II. 26. & 34. Otteſund II. 2.
Ottonum Impp: obitus II. 14.
Otto Imp: ingreſſus Daniam, ſubitò inde eiectus eſt II. 2.

P.

Parricidium II. 18.
Paulus quidam Iudæus impoſtor III. 38.
Perſecutiones quatuor magnæ, primitiuæ Eccleſiæ in Dania I. 41.
Piraticam qua de cauſa exercuerint Nordmanni II. 24.
Poppo Frijs Epiſcopus Arhuſienſis II. 26.
Poſteri Regis Canuti in Anglia III. 14.
Primi Epiſcopi Daniæ carebant certis ſedibus & redditibus II. 16.
Principes Slauiæ. II. 17.
Prognoſtica vicinæ mortis IIII. 27. Pythoniſſa IIII. 30.

Q.

Quatuor præcipui Vinulorum populi III. 24.
Qualis Dominus, tales ſerui IIII. 21.
Quem multi metuunt, eum neceſſe eſt multos metuere IIII. 7.

R.

Ramſola II. 32. Ramſolenſe cœnobium I. 23.
Ratibor Dux Slauiæ cum filijs ſuis cæſus à Danis II. 59.
Regino Prumienſis Hiſtoricus I. 28.
Reginuardus Archiepiſcopus I. 46.
Religio propagata in Septentrione IIII. 42.
Rethegaſt idolum Slauorum II. 11. & IIII. 12.
Rex Noruagiæ accerſit Epiſcopos ex Gallijs & Anglia. (III. 20.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Richardus Comes Nordmanniæ II. 37.

Rimbertus primus Eccleſiæ Ripenſis Paſtor I. 29.

Rimbertus Archiepiſcopus I. 29. & 37. & 38.

Ringo Rex Daniæ, dictus Annulo ſed praue ab exteris Amilo I. 14.

Rodolphus Epiſcopus Sleſuicenſis II. 53.

Romanæ Eccleſiæ Sanctimonia III. 8.

Ruſsiæ Metropolis Chiue II. 13.

S.

Salomon Rex Vngariæ IIII. 2.

Saxoniæ deſcriptio I. 1. & 2. 3. & 4.

redacta in ſormam Prouintiæ, caruit Ducibus aliquandiu II. 4 & 9.

Saxones Angli vocitati I. 3. Studioſi nobilitatis I. 5.

diſtributi in quatuor ordines I. 5.

Scarenſis Epiſcopatus fundatur in Suetia, & eius primus Epiſcopus Trugotus II. 41.

Schiſma III. 8. Septentrionales bellis aſſueti II. 24.

Sera pœnitentia raro vera IIII. 37.

Series primorum Regum Noruagiæ II. 15.

Sibico Epiſc: Spirenſis purgat ſe crimine Adulterij III. 31.

Sigebertus Hiſtoricus I. 48. Simonia II. 33. & III. 8.

Sindigerus Capellanus Archiepiſcopi Hamburgenſis, eligitur in Pont: Max: I. II. 50.

Slauiæ deſcriptio II. 10. & III. 24.

Slaui deficiunt à fide Chriſtiana II. 30. & IIII. 13.

irrumpunt in Cimbriam, & vſq; ad Ripas progrediuntur, ſed cæſi ſunt in reditu ad Sleſſuigam vltra 15000. II. 59.

Sleſſuiga dicta Hedeby I. 48. depopulatur IIII. 13.

accipit milites limitaneos ab Imp: Henrico I. 48.


Sleſſui-

Sleſſuicenſe Templum omnium primum in Dania ere-
ctum I. 25.
Somnium mirabile III. 44.
Solonberg prope Hamburg III. 27.
Sortes apud Saxones I. 6.
Stenkillus Rex Suetiæ III. 16. & IIII. 15.
Stratagema IIII. 2. & I. 28. & I. 50.
Succeſſus verbi Dei in Slauia III. 22.
Sueci in Paganiſmum relapſi I. 51.
Sueno Tiugſkeg Rex Daniæ punitus ob parricidiũ II. 21.
eius exilium & baptiſmus in Scotia II. 25.
Subijcit ſibi Angliam II. 36.
Sueno Eſtritius Rex Daniæ pellit Magnum Regem Nor-
uagiæ ex Dania III. 12. repudiat conſanguineam ibi-
dem. huius egregia oratio III. 25. huius præclara fit
mentio, ob Eruditionis & Humanitatis præſtantiam
lib. I. cap. 40. & 45. lib. II. capitibus fere ſingulis
lib. III. cap. 12.20.22.23.24.25. Item lib. IIII. cap. 16.
Superſtitiones Saxonum. I. 6. Superbia III. 30.
Synodus Moguntina III. 31.
Syritha filia Regis Daniæ nuptui data Duci Slauiæ III.
21. ſubit Martyrium IIII. 12.
Synodus in Dania celebranda IIII. 42.

T.

Theotimus Epiſcopus Scytharum II. 35.
Thiadmarus Danus, Epiſcopus Hildinenſis II. 58.
Thiadricus Comes captus cum Marchione Sigafrido à
Danis II. 22. Eius infauſtus exitus II. 30.
Thiedricus Rex Francorum I. 4.
Tholozantes Vinulorum populus III. 24.

Tran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Tranſlationis Archiepiſcopatus Hamb: cauſa III. 20.
Thurolz monaſterium donatum S. Anſgario I. 17. 20. 22.

V.

Valdemarus II. Rex Daniæ III. 8.
Valo Epiſcopus Ripenſis II. 53.
Vendilgarth virgo pia & deuota II. 6.
Vezilio Archiepiſcopus Magdeburgenſis IIII. 32.
Victoria cruenta I. 14.
Victoriarum laus Deo tributa I. 10.
Vilhelmus nothus II. 37.
Vilhelmus Epiſcopus Roſchildenſis IIII. 43.
Villehadus primus Paſtor Eccleſiæ Bremenſis I. 9. 10. 11.
Villericus ſucceſſor Villehadi I. 12. & 19.
Vineæ fruſtra plantatæ cis Hamburgam III. 39.
Vinifridus Anglus cognomento Bonifacius, primus Saxonum Euangeliſta I. 8. Eius martyrium cum alijs 50 Chriſtianis ibidem, & I. 9.
Virtzburgenſis Epiſcopi potentia IIII. 5.
Viſio mirabilis IIII. 38.
Vlfridus Anglus martyr in Suetia II. 44.
Vnni Archiepiſcopus mortuus in Suetia I. 47. 50. 52.
Vnuanus Archiepiſcopus II. 33. 35. 42.
Vpſala Suetiæ I. 50. Vitechindus Dux Saxoniæ I. 9.
Vitukrad Dux Saxoniæ ibid: Vto Princeps Vinulorum. II. 48.

HAFNIAE *Imprimebat Andreas Gutteruitz.*
*Anno ſalutis* 1 5 7 9.
*IMPENSIS BALTHAZARI KAVS,*
*Bibliopolæ Hafnienſis.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 347 4° (LN 306 4° copy 2)